

DE INFINITIVI USU VERGILIANO

DISSERTATIO

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

PHILOSOPHORUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCUS MAIXNER

ZAGRABIENSIS



ZAGRABIAE

TYPIS LEOP. HARTMÁNI ET SOC.
CIOIOCCOLXXVII.

Sine ulla dubitatione confirmaverim eorum, qui in studiis grammaticis versentur, neminem esse, qui infinitivi pertractionem inter difficillimas grammaticas partes referendam neque de ulla fere re tam varias tamque inter se discrepantes prolatas esse sententias ignoret. Veteres enim grammatici et Graeci et Romani quamvis nonnullarum partium grammaticarum mira quadam scientia imbuti fuerint, infinitivi tamen naturae, ni fallor, prorsus imperiti atque rudes fuisse videntur. Singuli vero grammatici quid de infinitivo senserint, cum a multis viris doctis saepenumero summa cum diligentia explanatum atque explicatum sit¹⁾, hoc loco plenius enarrare haud opus esse puto. Hoc tamen quam brevissime commemorare mihi liceat, Stoicos infinitivum solum verbum (ἔρημα) esse censuisse, ceteris autem verbi formis συμβακτῶν vel κατηγορημάτων nomina indidisse, nisi forte Tryphonem, Aristarchi discipulum, excipis, qui Apollonio teste infinitivo substantivi quandam natu-ram tribuit eumque ἔνομα ἔρηματος nuncupavit²⁾. Apollonius Dyscolus infinitivum modum et quasi πρωτότυπον (γενικώτατον ἔρημα) omnium verbi flexionum statuit³⁾; quem virum silentio praeterire non potuimus, quia ceterorum grammaticorum plurimos eius vestigia secutos eumque in explicandis grammaticis paeceptis

¹⁾ Cf. Schömann, Die Lehre von den Redetheilen nach den Alten, Berlin 1862, pag. 84 sq., id. Zur Lehre vom Infinitiv, in Fleckeiseni annibus phil. 1869 pag. 209 sq. Lersch, Sprachphilosophie der Griechen und Römer, II. p. 93 sq., H. Steinthal, Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern; L. Lange, System der Syntax des Apoll.-Dyskolos, Göttingen 1852; Jolly, Geschichte des Infinitivs im Indogermanischen, München 1873 p. 12—37.

²⁾ Cf. Apoll. Dyscol. de constr. I, 8; Schömann, Zur Lehre vom Infinit. p. 212; Jolly op. cit. p. 16 sq. 24 et 25.

³⁾ Lange op. cit. p. 24; Schömann ibd. 210 sq. contra quem, quod ad Apolloni verba ὄνομα ἔρηματος attinet, recte Jolly p. 20 sq. alii, quos Jolly in adnot. loquentes affert.

tamquam exemplar ante oculos habuisse inter omnes satis constat. Apud Romanos artem grammaticam minus floruisse, quis est qui nesciat? Illi quidem ut in multis aliis rebus — saepius haud prosperi — Graecorum imitatores fuerunt, ita graecam ἀπαρέμφατον ξηλιστιν minus recte *infinitivum* nuncupantes⁴⁾, quae Graeci infinitivi praeepta statuerant, ad suum contulerunt usum neque suo Marte de infinitivi vi et natura quaesiverunt. Gravis tamen momenti grammaticos Priscianum, Donatum, alios hanc ob causam commemorare libet, quod usque ad nostram fere aetatem auctoritate sua multum valuerunt et quasi fundamentum quoddam haberi possunt, quo nisi, et medii aevi et recentioris aetatis grammatici maxima ex parte disciplinas explanaverunt suas.

Per totum medium aevum uti reliquae artes litteraeque ita grammatica quoque studia neglecta. Ineunte demum nova humanitatis quae vocatur studiorum artiumque aetate cum viri docti in exquirendis rebus grammaticis versari coepissent I. C. Scaliger, Sanctius, G. I. Vossius, Scioppius, alii⁵⁾, denuo in utramque partem disceptatum, infinitivus utrum inter verba referendus esset, an inter nomina⁶⁾, neque defuerunt, qui et nominis ei et verbi tribuerent partes eumque medii aliquid inter verbum et substantivum esse contendenter. Quae quidem quaestio ne his quidem nostris temporibus a viris doctissimis, qui vel ingeniosissime eam tractaverunt, plane cumulateque perfecta, sed, ut Venusini illius vatis candidissimi verbis utar, adhuc „sub iudice lis“ est.

Attamen comparativa quam vocant linguarum disciplina uti multas alias res vel obscurissimas aperte atque perspicue exposuit, ita hanc quoque magis illustravit novisque adminiculis adiuvit, neque dubium est, quin eam, quae late iam patet et in dies magis magisque diffunditur ultra suos quos occupat terminos, ad prosperum ut opinor finem perductura sit. Franciscus enim Boppius primus evasit, qui Indorum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Germanorum linguis quam acutissime comparatis et infinitivorum formis perquisitis infinitivos non esse modos, sed veterum substantivorum casus quodam

⁴⁾ Jolly op. cit. p. 32 sq.

⁵⁾ Cf. Hand, Lehrbuch des lat. Stils p. 16 et 473; Bernhardy, Encyclopaedie der Phil. p. 255 et 259; Fr. Haase, Vorlesungen über lat. Sprachwissenschaft, edidit Fr. Aug. Eckstein. Leipzig 1874. I. p. 16, 23.

⁶⁾ Jolly op. cit. p. 37—41.

modo extintos demonstravit⁷⁾. Quibus Boppi argumentationibus excitati, novis armis in arenam descenderunt grammatici quaestionemque de infinitivo denuo tractantes, vario promoverunt successu. Quo loco in primis dignus est, qui commemoretur Guil. Humboldt⁸⁾; qui Boppi argumenta frusta impugnavit. Praeter Humboldtum M. Schmidt⁹⁾, Linda u¹⁰⁾, recentiore aetate H. Steinthal¹¹⁾, A. Ludwig¹²⁾, alii extiterunt, qui Boppi sententiam suo quiske more refellere conati sunt, Boppium autem A. Hoefer in libro, quem de infinitivo imprimis sanscrito conscripsit, defendit et quaestionem ad eundem fere finem atque ille deduxit¹³⁾. Bopp ipse, quantum potuit ratione habita eorum, quae aliunde, ut res dilucidaretur, prolata erant, sententiam suam accuratius uberioriusque exposuit in grammatica sua comparativa¹⁴⁾. Cuius sententiae summam, partim additis nonnullis quibusdam, partim commutatis, quae sibi mutanda esse videbantur, A. Schleicher, G. Curtius, Leo Meyer, B. Delbrück, E. Wilhelm, E. Herzog, J. Jolly, Fr. Miklosich, multi alii amplexi sunt, quorum opuscula luculentissima summoque ingenii acumine confecta hoc loco afferre haud opus esse videtur, quod ea omnibus, qui artes vere grammaticas vel primis gustaverint labris, notissima sunt quodque nobis alias saepissime rationis eorum habendae praebebitur occasio. Hoc tantum monendum, iis adversari viros doctos numero fortasse plures, qui historicam quae

⁷⁾ In praestantissimo illo libro, qui inscribitur Conjugationssystem des Sanscrit, Lat., Pers., Griech. u. Germ. Frankfurt 1816.

⁸⁾ In Schlegeli bibliotheca indica vol. II. anno 1824. Cf. Wilhelm, de infinitivi vi et natura p. 2; Jolly op. cit. p. 72 adnot.; Holtze, qui in Syntaxis priscorum scriptorum Lat. usque ad Terentium, vol. II. Lipsiae 1862 p. 24 satis leviter ne mentione quidem Boppi facta Guil. Humboldtum inter recentiores rem hanc acutissime investigasse dicit; quod quidem iudicium etiam apud Wilhelmm p. 2 incautius exscriptum exstat.

⁹⁾ In commentatione, quae inscribitur Ueber d. Infinitiv, Ratibor 1826. Cf. Wilhelm, p. 2; Jolly p. 73 adnot.

¹⁰⁾ Jolly p. 75.

¹¹⁾ Logik, Grammatik und Psychologie p. 268 sq.

¹²⁾ Infinitiv im Veda. Prag 1871 § 47 et Agglutination oder Adaptation? Prag 1873.

¹³⁾ A. Hoefer, Vom Infinitiv, besonders im Sanscrit, Berlin 1840; in quo opusculo p. 60 sq. quid de infinitivo senserit brevibus complexus, infinitivum aricæ stirpis linguarum sanscritæ, pracrítæ, graecæ, oscae, latínae, goticæ etc. nihil aliud esse dicit nisi substantivum verbale vimque eius primigeniam, ubi usus eius latius patere coepisset, ita paullatim auctam atque amplificatam esse, ut hodie meram verbi notionem abstractam quam dicant significaret. Cf. Wilhelm p. 3.

¹⁴⁾ Fr. Bopp, Vergl. Gramm. III. § 849—886, quam grammaticam Schweizer-Sidler in Kuhnianalibus ann. 1854, III, pag. 357 sq. recensuit; Wilhelm pag. 3.; Jolly p. 78.

dicitur grammatices rationem¹⁵⁾ potius comprobantes, infinitivi disciplinam simili fere modo tractant atque iam veteres Graeci grammatici tractaverunt¹⁶⁾.

Verbi illae formae, quibus infinitivi nomen imponere consuevimus, in Latina quoque lingua quin nihil aliud sint quam substantivorum verbalium casus, ex iis, quae Bopp, Schweizer-Sidler¹⁷⁾, A. Schleicher¹⁸⁾, A. Hoefer¹⁹⁾, Wilhelm²⁰⁾, E. Herzog²¹⁾, Jolly, alii uberrime exposuerunt, inter quos etiam tales, qui quidem in derivanda infinitivi forma illis assentientes eadem vel simili progrediuntur via, in explicandis vero syntacticis rebus eam neglegunt²²⁾, vix quisquam dubitare queat. In quo haud opus est monere, in

¹⁵⁾ Cuius auctores inter Germanos J. Grimm, inter Slavos Šafářík haberi possunt.

¹⁶⁾ Cf. Jolly p. 54—62. Ad hos ii potissimum numerandi sunt viri grammatici, qui nimis cante fortasse ludorum usui libros suos accommodant; quo pertinet innumerabilis grammaticarum copia et interpretationum scriptoribus et Graecis et Romanis adhibitarum, magnus quoque numerus librorum aliorum scriptorum, qui nulla fere ratione habita recentioris comparativae linguarum disciplinae composuerunt opuscula sua: Gul. Holtzei minus critice conscripta „Syntaxis priscorum scriptorum latinorum,” Lipsiae 1862, eiusdem „Syntaxis Lucretianae lineamenta,” Lipsiae 1868, accuratius quidem, sed eadem ratione ab A. Draegero conscripta Tacitea syntaxis (Syntax des Tacitus v. A. Draeger, Leipzig 1874), eiusdem syntaxis historicalis linguae Latinae (Histor. Syntax der latein. Sprache, Leipzig 1874). Cf. recensionem H. Mergueti in „Jahresbericht über die Fortschritte der class. Alterthumswissenschaft,” ed. Conr. Bursian, Berolini 1875. Ingeniosi quoque Schömanni commentationes Zur Lehre vom infinitiv in Fleckeiseni annalibus 1869 p. 209 sq. et ibd. 1870 p. 187 sq., ubi Miklosich de acc. c. infin. disputationem examinat ponderatque, eadem fere logico-historico dixerim fundamenta niti videntur.

¹⁷⁾ In Boppi gramm. compar. recensione, Kuhniannal. II. ann. 1854 et in libello „lat. Elementar- und Formenlehre für Schulen.” Halle 1869. Cf. Fleckeiseni ann. 16. ann. 1870. p. 211 sq.

¹⁸⁾ Compendium § 230 p. 472 sq. (ed. II.)

¹⁹⁾ Ueber den Infin. bes. im Sanskrit, Berlin 1840, quae quidem disputatio mihi non praesto fuit, sed tantum ex iis, quae Wilhelm in commentatione de infinitivi vi et natura p. 3 et Jolly locis compluribus attulerunt, nota est.

²⁰⁾ De infinitivi lat. vi et natura, Isenaci 1869, et uberioris „de infinitivi linguarum sacr., bactr., pers., graec., osc., umbr., lat., goticae forma et usu.” Isenaci 1873., quarum mihi illa modo prior patuit, altera tantum ex recensione H. Mergueti in Jahresbericht etc. ed. Conr. Bursian, Berolini 1875, et ex Jollyi libro nota est.

²¹⁾ die syntax des infinitivs, in Fleckeiseni annalibus vol. 107. ann. 1873 pag. 1—33. Commentationem hanc recensuit H. Merguet in Jahresbericht etc. ed. Conr. Bursian I. 6 p. 671 et 672.

²²⁾ Inter alios Schömann, qui quamquam in disputatione Zur Lehre vom infinit. p. 231 adnotat: „auch er ist (scil. lat. infin.) nach der ansicht der sprachvergleicher ursprünglich eine locativform, und wenn dem so ist, was ich wenigstens zu bezweifeln keinen triftigen grund finde, so ergibt sich daraus etc.”, tamen infinitivi usum prorsus alia explicat ratione.

Romanorum lingua, qualis ad nos pervenerit, tres modo infinitivi formas esse, in activo genere alteram praesentis temporis, alteram perfecti, in passivo autem unam tantummodo, praesentis notionis. His quasi rudera quaedam accidunt infinitivi futuri activi generis nonnullae reliquiae, quae quidem progressa aetate obsoleverunt²³⁾.

Qui enim infinitivi futuri temporis activi (-urum, -am, -um esse), perfecti passivi (-um, -am, -um esse) usurpantur, non esse infinitivos, sed participia fut. act. et perfecti pass. cum infinitivo esse coniuncta, breviter attigisse sufficiat; eodem modo qui infinitivus futuri pass. adhibetur (-tum iri), nihil aliud est, quam supinum in -um desinens, cum infinitivo praesentis pass. eundi verbi coniunctum.

Praeter haec substantiva verbalia, quae κατ’ ἔργη infinitivos nuncupare solemus, non sunt neglegendae similes verbi formae, quae alia alio nomine a posteris grammaticis ornatae, veram tamen substantivorum verbalium originem prae se ferunt, supina puto et gerundia; quae quidem verbi formae quin in infinitivorum numerum referenda sint, nullum fere est dubium inter viros doctos, quin etiam confirmant firmisque ut opinor argumentis demonstrant, supinum in -tum quod cadit (quod quidem initio suo accusativus est substantivi verbali themate et suffixo -tu formati) inter veterinos omniumque fere indogermanicae stirpis nationum communes infinitivos numerari posse²⁴⁾.

Sed ut redream, unde degressus sum, ad Latinorum infinitivos veros, qui ad praesentis temporis activam notionem exprimendam adhibetur, origine dativus est in -as ē exiens substantivorum verbalium praesentis thematis suffixo -as derivatorum. Eodem suffixo perfecti quoque thematis substantiva fiunt verbalia, quorum dativus postea infinitivi perfecti temporis generis activi partes agit²⁵⁾.

²³⁾ Fr. Neue, Formenlehre der lat. Sprache, Berlin 1874 (edit. alt.) p. 541 nonnullas quasden tales infinitivi formas affert. Schleicher, Comp. p. 473 adnot. (edit. alt.) Cf. H. Merguet, die Entwicklung der lat. Formenbildung unter beständiger Berücksichtigung der vergleichenden Sprachforschung, Berlin 1870, p. 350, qui quidem in explicandis inf. formis aliam rationem sequitur. Cf. Liter. Centralbl. 1870 Nr. 19 et Corssen, Aussprache, Vokalismus etc. II, p. 1018 sq. (ed. alt.)

²⁴⁾ E. Herzog, op. cit. p. 5 sq.; Schleicher, Comp. p. 460 sq. Jolly, op. c. p. 200—203, 231 sq.: Miklosich, Vergl. Syntax p. 874; de gerundiis cf. Jolly, p. 198—202, ibique alia quae hoc pertinent opera.

²⁵⁾ Schleicher, Comp. §. 230, p. 469 et 472 sq.; Wilhelm op. cit. pag. 7.; E. Herzog op. c. p. 9.; Schweizer-Sidler. Formenlehre p. 66, 7.; Al. Vaniček Elementar-Grammatik d. lat. Spr. Leipzig 1873. p. 57.

Infinitivus quoque praesentis temporis passivi generis, quamvis viri docti inter se dissentiant, quod ad formandi eius rationem pertinet, simili quodam modo dativus esse videtur²⁶⁾.

Horum nobis, de infinitivi usu syntacticō disputantibus, ratio est habenda diligenter. Hoc enim modo haud raro vel diversissimus eius usus accuratius strictiusque, quam adhuc fiebat, explicari potest. Sed alia quoque gravis momenti res, ad quam animum attendamus, dignissima est. In omnibus enim vel veterimis monumentis, quorum adhuc aliquam habemus notitiam, infinitivos usu tam vario tamque diverso receptos invenimus, ut nihil fere a posterioribus muneribus distare videantur²⁷⁾.

Quae si consideraverimus, a primigenia infinitivi natura, cui ex illis, quae iam exposuimus, casus substantivorum verbalium vim inesse cognovimus, usque ad varium eius atque multiplicem usum, qualem in monumentis vel vetustissimis expressum videmus, saecula permulta praeteriisse nobis statuendum erit; quibus saeculis recurrentibus cum lingua omnino paullatim excolebatur atque mutabatur, tum infinitivi quoque usus latior factus magis magisque amplificabatur ita, ut post longissimam annorum seriem, unde esset ortus infinitivus, quae primaria eius esset indeoles, prorsus omitteretur²⁸⁾. Itaque infinitivo idem contigisse videmus, quod et verbis singulis et aliis nonnullis substantivorum flexionibus haud raro evenisse satis constat, ut obliterata primaria forma usus quoque et significatio eorum progrediente aetate mutaretur²⁹⁾.

²⁶⁾ Cf. L. Lange, Ueber die Bildung des lat. inf. praes. pass. in „Denkschriften d. Wiener k. k. Akademie der Wissenschaften phil.-histor. Classe“ an. 1860 vol. X. p. 1—58; Schleicher, Comp. § 230, p. 474 sq. Wilhelm p. 7, Jolly, p. 193 sq., L. Meyer, Vergleich. Gramm. der gr. u. lat. Spr. II. p. 123—125 (edit. I.); Merguet op. c. 248. Ernst Walder, der Inf. bei Plautus. Berlin 1874 p. 9, Schönberg in Kuhnī annal. XVII. p. 153 sq.

²⁷⁾ Cf. Holtze, synt. prisc. sc. lat. Vol. II. p. 24 sq. et Draeger, hist. Synt. I, p. 302—306, qui quod ad vetustiorem, vel potius comicorum — nam reliquos Naevium, Ennium, Catonem, Lucretium, Lucilium etc. prorsus neglegit — latitudinem attinet, Holtzei opere prorsus nititur.

²⁸⁾ Cf. Schweizer-Sidler in Kuhnī ann. II. p. 357 sq., Wilhelm op. cit. p. 3. Jolly. p. 52 et 53.

²⁹⁾ Cf. falsas aive vulgares quae dicuntur singularum vocum etymologias. Cf. Förstermann in Kuhnī ann. I 1 sq. „über deutsche Volksetymologie.“ Max Müller, Vorlesungen II. Serie, p 558 sq. (ed. altera, Leipzig 1870); K. G. Andresen, Ueber deutsche Volksetymologie Heilbronn a/N 1877 (edit. alt.) J. Kvíčala, přispěvky mytol. in „listy fil. a paedag.“ I. p. 31 sq. — Ad substantivorum formas quod attinet, ne longus sim, Latifil. a paedag.“ I. p. 31 sq.

Infinitivi Latini omnes et veri et ii, quos latiore usurpamus sensu (supina, gerundia) ut in reliquis linguis fere omnibus³⁰⁾ cum illo coniunguntur casu, quem verbi thema, cui inest significatio, adhibere solet; quod quidem non pugnat cum eorum substantivi natura, nam aliis quoque substantivis, quorum naturam veram nemo negat neque negare potest, eosdem casus saepius adiungi scimus, quibuscum verba, e quibus orta sint, coniungantur³¹⁾.

Haec mihi de infinitivo omnino, antequam ad eius usum Vergilianum explicandum progressus essem, praemittenda visa sunt; in quibus etsi nihil fere novi protuli, tamen cum artissime cum illis, quae iam disputaturus sum, cohaereant, neglegi non potuerunt, eoque minus omittenda erant, quia, quantum equidem scio, infinitivi apud singulos Romanorum scriptores usus nondum quo decet more examinatus neque eorum, quos comparativa linguarum disciplina protulit fructus, ratione satis habita explanatus est³²⁾.

nis quoque quandam casum localem fuisse, verum tamen posterioris aetatis scriptores, similitudine exitus adductos, eum partim pro ablativo, partim pro genitivo habuisse, satis constat. Cf. Plaut. Trin. 1027 *commeminit domi*. Draeger op. cit. p. 580 sq. Schleicher Comp. § 254. Orationis partes, quas praepositiones appellare solemus, origine adverbia sunt. (Curtius, Chron. p. 259). Maxima pars adverbiorum nihil sane est quam nominum casus et tamen vix cuiquam posteriorum Romanorum id iam in mente haesisse videatur. Cf. F. Röhrwein de adverbii Graecis (Curtius' Studien, I. Heft) p. 65 sq. ibique alia, quae hoc spectant opera. Cf. Draeger op. cit. p. 92. H. Hübschmann, Zur Casuslehre, München 1875. p. 83. sq. ubi alia quoque, quae hoc pertinent scripta, enumerata habes.

³⁰⁾ Exceptionem quandam statuit E. Herzog op. c. p. 8.

³¹⁾ Cf. Plaut Asin. V, 2, 70 *Quid tibi huc recepito ad te est hunc virum?* et saepius cf. Lorenz ad Plaut. Mostel. v. 34 et v. 6.; Sal. Cat. 32 *insidiae consuli*; Cic. de legg. I. 15, 42, *optemperatio scriptis legibus*. Cf. Zumpt. lat. Gramm. (ed XIII. ann. 1874) §. 681, Meiring lat. Gramm. (ed. III.) §. 898. et adnot., ubi recte hunc substantivorum cum eodem gerundiorum et supini in -um cadentis usu conferendum esse adnotat. His adde similia. Ver. Aen. I, 21, *populum late regem*, Hor. Od. III, 17, 9, *late tyrannus*, id. Ep. I, 11, 26 *late maris arbiter*, in quibus exemplis adverbium ad verbi notionem, quae substantivis inest, referendum est. — Cf. graecas easdem res et exempla in Akeni Gramm. 201. Cf. G. Curtius zur Chronologie 224; E. Herzog op. c. p. 8. — Eadem fieri in linguis slavicis abere exposuit Miklosich gramm. comp. IV, 376, 845, 879 sq.

³²⁾ Qui viri docti de infinitivi Lat. usu syntacticō disseruerint enumeravit E. Hübner, Grundriss zu Vorlesungen über die lat. Grammatik, Berlin 1876 p. 67 et 69. His tamen addendi sunt: Indebeton, de usu infinitivi Horatiano, Upsalae 1875, Bucht, de infinitivi usu apud Ovidium Upsalae 1875.

De infinitivi usu Vergiliano scripserunt Steltzer, über den Gebrauch des Infinitivs bei Vergil, Nordhausen 1875 et Jänicke, die sogenannten Graecismen im Infinitivgebrauche bei Vergil 1874. Haec commentationes nomine tantum mihi notae sunt, nam quamquam summopere studui, tamen mihi non contigit ut eas obtinerem.

Sed ne inopportunus videar pulcherrimae huius scientiae laudator utque ratione quadam procedat disputatio mea, in elaborando opusculo ita versabor, ut primo capite de infinitivo agam absoluto, ita quidem, ut primum infinitivum historicum qui dicitur, deinde infinitivum, qui vulgo pro imperativo positus explicatur, adumbrem, denique infinitivum in exclamationibus et interrogationibus usurpatum absolvam; altero capite de infinitivo e substantivis et adiectivis nominibus apto, tertio de infinitivo e verbis pendente dicam.
Quibus absolutis de infinitivi usu substantivo nonnulla quaedam addam.

CAPUT I.

DE INFINITIVI ABSOLUTI USU VERGILIANO.

I. DE INFINITIVO HISTORICO.

Infinitivus historicus, qui quidem absolutus est, quamquam apud Vergilium rarer obvenit — nam in omnibus libris, etiam si locos dubios adnumerar, vix tricies invenitur, — tamen quam diverse quamque varie explicetur a viris doctis, neminen sane fugiet, qui sententias eorum diversissimas perleggerit, vel tantum percurserit, qui Vergilii opera interpretati sunt. Ut omnino alii et poetae et pedestris orationis scriptores, ita Vergilius quoque saepissime activo infinitivi genere utitur, passivum rarissime, vix quinques usurpatum invenias. Georg. I. 200¹⁾:

Sic omnia fatis

In peius ruere ac retro sublapsa referri.

Aen. VI, 557: *Hinc exaudiri gemitus.*

Aen. VIII, 215: *Discessu mugire boves atque omne querelis
Inpleri nemus et colles clamore relinqu.*

Aen. VIII, 492 sq: *Ille inter caudem Rutulorum elapsus in agros
Configere et Turni defendier hospitis armis.*

Aen. XII, 216: *At vero Rutulis inpar ea pugna videri
Jamdudum et vario misceri pectora motu.*

Quod ad personam attinet, infinitivus historicus apud Vergilium fere semper post subiectum in tertia persona positum invenitur, prima persona duabus modo locis adhibetur: Verg. Aen. II. 685 et 686:

Nos paridi trepidare metu etc.

¹⁾ Versus secundum „Vergilii Maronis operum“ editionem IV. Alberti Forbigeri (Lipsiae 1872—1875) affero.

Aen. III. 666: *Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito tacitique incidere funem.*

Persona secunda nusquam reperitur²⁾). Quattuor exceptis locis, quos postea enumerabu, Vergilius hunc infinitivum absolutum semper in enuntiatis simplicibus usurpat; in apodosi modo quater: Aen. VI, 489. sq.:

*At Danaum proceres Agamemnoniaeque phalanges
Ut videre virum fulgentiaque arma per umbras,*

Ingenti trepidare metu.

Aen. VIII, 213 sq.: *Interea, cum iam stabulis saturata moveret*

*Amphitryoniades armenta abitumque pararet,
Discessu mugire boves atque omne querelis
Inpleri nemus et colles clamore relinqui.*

Aen. X, 299: *Quae talia postquam*

Effatus Tarchon, socii consurgere tonsis

Spumantisque rates arvis inferre Latinis.

ibd. 457: *Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,*

Ire prior Pallas.

In enuntiacione relativa num infinitivus historicus apud Vergilium statuendus sit, in ambiguo est. Ille enim locus, quem unum iure quodam afferre possumus, Aen. XI, 821:

Adloquitur (scil. Accam) fida ante alias quae sola Camillae,

Quicum partiri curas, atque haec ita fatur

valde est dubius; veri simillimum est, quod Ribbeck Proleg. p. 85 expavit, locum hunc corruptum aut a poeta inchoatum potius quam perfectum esse.

Post coniunctionem *cum* infinitivus historicus, qualis apud Livium et Tacitum saepius, semel apud Sallustium obvenit, apud Vergilium nullo inventur loco³⁾.

Quam legem alii scriptores sequi solent⁴⁾, ut fere nunquam unum infinitivum absolutum solum usurpent, hanc Vergilius minus tenuisse videtur, nam

²⁾ De secunda persona, quae omnino apud inf. absol. non usurpatur, cf. A. Draeger p. 302.

³⁾ Cf. Sall. Jug. 98 *Jam dies consumptus erat, quum tamen barbari nihil remittere, atque noctem pro se rati, acris instare.* Cf. Reisig, Vorles. p. 788. E. Hoffmann, die Construction der lat. Zeitpartikeln, 2. Aufl. Wien 1873. p. 155, 13; p. 163, 9. Zumpt §. 549. Anm.

⁴⁾ Cf. Draeger, histor. Synt. p. 302. et 303.

etsi complures exstant loci, quibus duo (Georg. I, 200; IV, 140; Aen. II, 169, 755; Aen. III, 153, 666; IV, 421; VI, 557; VIII, 35, 492, 688; IX, 509, 538, 791; X, 288, 299; XII, 216) et plures (tres Georg. I, 383; Aen. II, 97, 685; V, 685; VI, 490 sq.; IX, 377, 538; quattuor uno modo loco Aen. IX, 789—92) obveniunt infinitivi historici, tamen haud raro unum infinitivum historicum adhibet: Georg. IV, 135; Aen. II, 132; III, 141; V, 655; VI, 199; VII, 775; X, 267, 883; XI, 141, 821.

Aliis temporibus finitis interrupti infinitivi historici, qualia exempla nonnulla e quibusdam aliis scriptoribus deprompta Draeger § 154, 1 affert, apud poetam nostrum nulli inveniuntur.

Sed satis dictum esto de infinitivi historici Vergiliano quasi externo usu, superest, ut iam eius vim atque naturam exponamus. Qua in re facere non possumus, quin nonnulla quaedam, quae hoc spectare videntur, praemittamus. Ita tamen, ut aliqua ex parte, quae ab aliis dilatata sint, in breviorem contrahamus formam.

Varia et fuisse et adhuc esse virorum doctorum iudicia de infinitivi humani indolis et naturae explicandae more vix quisquam affirmare dubitet. Nonnulli enim tempus aliquod finitum incipiendi, eveniendi, alias cuiusdam verbi supplendum et infinitivum ipsum per ellipsis explicandum esse putaverunt. Quae explicandi ratio, et antequam ei Reisigius adversatus esset, longe usitatissima erat, et his nostris temporibus haud parvus est numerus eorum, qui eam comprobent, inter quos viri quoque docti, qui singulari linguarum scientia ornati recentiore quam vocant studiorum grammaticorum rationem sive amplexi sunt sive fundamenta eius iecisse dici possunt⁵⁾. Alii summo quidem iure reiecta ellipsi alio modo eum explicabant. Inter quos in primis dignus est, quem commemoremus, vir de grammatica Latina meritisimus, Reisigius ille, cuius iam supra mentionem feci, qui veterem illam et rudem per infinitivum hunc absolutum loquendi rationem apud Romanos e prompte et celeriter renuntiandi more, qualis militiae proprius esset, ortam, et inde ex artis finibus, e castris quasi militaribus paullatim latius fusam et

⁵⁾ In quibus E. Herzog disput. iam commemorata p. 21, et ut apud Jolly et op. c. p. 180 invenio, Aug. Schleicher in infinitivo absol. lituanico explicando.

dilatata esse existimavit⁹⁾. Sed quibus ad suam defendendam sententiam usus est armis vir doctissimus, nimis sunt hebetia vel potius nulla esse videntur¹⁰⁾. Vario certe modo Wagner in Quaest. Virgil. XXX. censuit „antiquissimis temporibus, verbo nondum per tempora modosque digesto, solo infinitivo usos esse; quam rationem loquendi esse balbutientis infantiae hodie que inveniri apud populos quosdam rudes et barbaros; retentam interdum illam quidem etiam cultioribus populis, nec in concitatiore solum, sed etiam in sedata oratione.“ Quam quidem sententiam ingeniosus Vergilianorum operum interpres amplecti non potuisse, nisi infinitivum veterrimam verbi formam, tamquam fundamentum ac solum habuisse, e quo reliquae verbi flexiones ortae et quasi procreatae essent, vel ut aliis utamur verbis, Wagner eodem modo infinitivum explicat, quo iam Apollonius Dyscolus eum pertractavit; hoc tamen probe observavit, infinitivum historicum non solum in concitata, sed etiam in sedata oratione usurpari. Neque magnum neque tale, quod ad ipsam rei naturam spectet, discrimen est inter Wagneri hanc et aliam infinitivi absoluti explicandi rationem, cuius si non auctor¹¹⁾, praecipuus tamen admirator Holtze habendus est, qui synt. prisc. script. lat. Vol. II, p. 29 recte quidem ab illa, qua vulgo per ellipsis explicatur infinitivus absolutus ratione, abhorret, nimis tamen leviter eum ac temere ex sola celeritate et festinatione illius explicat, qui facta vel res describere vult. Errat enim, qui putet, infinitivum hunc semper ponи in describendis factis vel rebus, quae celeriter alia aliam excipiunt. Nam Romanorum scriptores cum res celeriter factas describunt, non semper infinitivum ponunt historicum, sed etiam aliis verbi flexionibus utuntur, neque desunt exempla, e quibus vel evidentissime appa-

⁹⁾ Cf. Vorlesungen über lat. Sprachwissenschaft. p. 445. „Es ist dies eine rohe Art des Vortrages bei den Römern, es fragt sich, wie dieselbe entstanden sei. Es ist wahrscheinlich, dass dieser Stil ein Rapportstil gewesen ist, der sich zuerst bei der Armee bildete; in der Eile lässt sich so am leichtesten schreiben; später nahm er dann in der gewöhnlichen Sprache Platz bei historischer und auch komischer Darstellung und zwar fand der Gebrauch statt bei rasch aufeinander folgenden Begebenheiten, da die Construction selbst den Character der Eile hat.“ Cf. Kritizium, qui Reisigii paelectionibus minus religiose usus est ad Sallustii Catilinam XVI, 2; XXII, 2; Jug. XV, 2 et eius imitatem Fabrium ad eosdem locos.

¹⁰⁾ Cf. Jolly p. 180 et 181, cui momendum erat, in slavicis quoque linguis similem infinitivi usum absolutum interdum obvenire. Cf. Miklosich op. c. p. 851.

¹¹⁾ Eandem enim sententiam in vetustioribus quoque libris grammaticis invenias. Cf. Ferd. Schultz, Lat. Sprachl. edit. IV. p. 418.

ret, infinitivum hunc haud raro usurpari in enarrandis rebus, quae nulla festinatione factae sint¹²⁾. Simili explicationi inter alios, quos omnes afferre longum est, Ferd. Schultz se applicat, qui infinitivum hunc absolutum e cogitatione, e φαντασίᾳ, quam Graeci vocant, acriter excitata ortum esse putat; quam ob rem narrationem quoque ipsam tam vividam fieri, ut et temporis et numeri et personae notio omittatur¹³⁾. Aliam explicationem, quae in nonnullis grammaticis scholis accommodatis saepissime legi solet, tales proponunt nonnulli viri docti, ut in narratione, cum actionum quasi series describatur, infinitivum pro imperfecto interdum ponи huncque infinitivum appellari historicum doceant¹⁴⁾. Hoc quidem inter omnes constat, infinitivum historicum haud raro simili fere modo usurpari atque imperfectum, sed illa quasi per mutationem facta explicandi ratio ut in aliis rebus ita in hac quoque summo reicienda est iure.

Infinitivum absolutum recte si explicare velis, eadem tibi via progredendum est, qua in aliis rebus syntacticis explicandis, a forma eius. Infinitivus cum origine sua dativus substantivi verbalis sit, ut ex iis, quae paragraphe antecedente exposueramus, intelleximus, absolutus eius usus e dativi vi primigenia quasi porro tendente explicandus est¹⁵⁾. Quod cum ita sit, infinitivum historicum initio in vividis, cum festinatione quadam currentibus narratibus, usurpatum esse nemo non videt. Et profecto hic infinitivi historici usus apud omnes Romanorum scriptores longe frequentissimus est. Sed tamen tempore longe priore quam quo monumenta vel veterrima, quae ad nostram pervenerunt aetatem, evasissent, usum eius paullatim latiore factum esse veri simillimum est, ita quidem, ut in sedata quoque oratione usu recuperetur; quin etiam apud priscos scriptores haud exiguis huius infinitivi invenitur exemplorum numerus, e quibus eius quodammodo imperfectivus usus apparere videatur¹⁶⁾. His quam brevissime per transennam quasi praemissis, Vergilianum iam eius usum explicabo.

Wagner in Qaest. Verg. XXX. hunc infinitivum absolutum Vergilianum in quinque distribuit partes, quarum prima illum amplectitur infinitivi histor.

¹²⁾ Exempla Holtze ipse praebet op. cit. p. 30. Cf. Plaut. Merc. II, 1, 16, *oppido mihi illud videri mirum* etc. Cf. etiam Draegerum p. 303.

¹³⁾ Schultz § 323, 2 et adnot.

¹⁴⁾ Cf. Meiring § 744. Zumpt § 599 not.

¹⁵⁾ Cf. Jolly op. cit. p. 181.

¹⁶⁾ Cf. Holtze op. cit. p. 30 sq., Draeger p. 302 et 303.

usum, quo in oratione sedata ponatur, altera illos excipit infinitivos, per quos vehementior quidam animi motus, pavor maxime et trepidatio prodatur. Tertio sunt genere — liceat mihi eius ipsius verbis uti, — qui indicant sedulitatem quandam, assiduitatem, studium, celeritatem et instantem rei, quae agitur, fervorem. Quarto loco per infinitivum hunc interdum quod fieri soleat exprimi monet, quinto denique loco id, quod incipiat fieri. Hanc partitionem Alb. Forbiger minus caute potius, quam quo non a se ipso discederet, in adnotationibus luculentissimis non modo non impugnavit vel corrigere conatus est, sed sine ulla dubitatione amplexus est¹⁴⁾. Laewicus quoque¹⁵⁾ haud raro in explicandis locis nonnullis et praesertim in citandis exemplis levior est et minus accusatus ita, ut etiam, si nulla alia causa esset, haec una me excusatum habere deberet, quod Vergilianum infinitivi usum pertractare institui.

Infinitivi historici usus quamquam ut apud alios vel vetustiores scriptores apud Vergilium quoque multiplex invenitur atque varius, duo tamen eius genera distinguere possumus. In alterum eos retulerim, quos Vergilius tum praesertim usurpat, cum rem perfectam tam vivide tamque alacriter narrat, ut sibi tamquam praesens ante oculos versari videatur. Huc referendi sunt ii potissimum loci, quibus infinitivus historicum excipit praesens aut narratio infinitivo absoluto incepta praesente historicō continuatur ita, ut infinitivus eodem fere munere fungi dici possit, quo praesens historicum fungitur.

Aen. I, 423 sq.: *Instare ardentes Tyrii; pars ducere muros¹⁶⁾*

Molirique arcem et manibas subvolvere saxa,

Pars optare locum tecto et concludere sulco;

Hic portus alii effodiunt; hic alta theatri

Fundamenta locant alii immanisque columnas

Rupibus ecclidunt etc.

¹⁴⁾ Cf. verba eius ad primum infinitivum absol., qui in Vergiliis operibus occurrit Georg. I, 199: „de Infinitivi historici vel potius absoluti usu Vergiliano docte disputavit Wagner.“

¹⁵⁾ Praesto mihi sunt novissimae editiones: Bucolicon et Georg. editio V. (1870) Aeneid. partis prioris editio VII (1874), alterius partis edit. VI, quam Car. Schäper instituit.

¹⁶⁾ Nonnulli tamen falso ut equidem puto infinitivum ab instant dependere putant. Cf. Forbigerum ad h. l.

Aen. III, 666: *Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito tacitique incidere funem;
Verrimus et procul certantibus aquora remis.*

Aen. X, 457: *Ire prior Pallas, si qua fors adiuvet ausum
Viribus inparibus magnumque ita ad aethera fatur.*

Aen. IX, 375 sq.: *Conclamat ab agmine Volscens:
State, viri; quae causa riae? quive estis in armis?
Quove tenetis iter? Nihil illi tendere contra,
Sed celerare fugam in silvas et fidere nocti.*

Aen. IX, 505: *Adcelerant acta pariter testudine Volsci
Et fossas inplere parant ac vellere vallum.
Querunt pars aditum et scalis ascendere muros,
Qua rara est acies interlucetque corona
Non tam spissa viris. Telorum effundere contra
Omne genus Teucri ac duris detrudere contis,
Adsueta longo muros defendere bello.*

Aen. IX, 788 sq.: *Talibus accensi firmantur et agmine denso
Consistunt. Turnus paulatim exceedere pugna
Et fluvium petere ac partem, quae cingitur unda.*

Aen. XI, 883 sq.: *Pars claudere portas,
Nec sociis aperire viam nec moenibus audent
Accipere orantis, oriturque miserrima caedes.*

Aen. VIII, 688 sq.: *Uns omnes ruere ac totum spumare reductis
Convulsum remis rostrisque tridentibus aequor.
Alta petunt; pelago credas innare revolas
Cycladas aut montis concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis pupibus instant.*

Georg. I, 383 sq.; Aen. IX, 789 sq.; X, 288; VI, 490 sq.

Haud raro infinitivus historicus et perfectum historicum quod vocant vices alternant. Aen. XI, 142:

*Arcades ad portas ruere et de more vetusto
Funereas rapuere faces etc.¹⁷⁾*

¹⁷⁾ Laewicus ad h. l. adnotat: „Wie Verg. hier das perf. durch eine kopulative Parikel an den inf. absol. anschliesst, so Aen. III, 666 u. X, 457 das praes. hist.“ Addere potuit vir doctus Aen. XI, 883, ubi etiam infin. hist. particula copulativa nec coniungitur cum praesente historicō.

Aen. II, 685:

Nos pavidi trepidare metu¹⁸⁾ crinemque flagrantiem
 Executere et sanctos restinguere fontibus ignis.
 At pater Anchises oculos ad sidera laetus
 Extulit et caelo palmas cum voce tetendit.
 Ubi transitus a vivida seduli illius pavoris descriptione ad sedatam et
 tranquillam orationem pulcherrime depingitur.

Aen. IX, 538 sq.: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus
 Et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
 Corripuit tabulas et postibus haesit adesis.
 Turbati trepidare intus frustraque malorum
 Velle fugam.

Aen. VIII,
489—494:

At fessi tandem cives infanda furentem
 Armati circumsistunt ipsumque domumque,
 Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
 Ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros
 Conflugere et Turni defensor hospitis armis,
 Ergo omnis furis surrexit Etruria iustis,
 Regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
 In quo enuntiato narrationem praesente historico exponi coeptam infinitivo absoluto excipi et tum perfecto et praesente historico continuari vides.
 Eodem fere modo atque praesens historicum infinitivus historicus hisce
 praeterea locis inventur: Aen. X, 299: Quae talia postquam
 Efatus Tarchon, socii consurgere tonsis
 Spumantisque rates arvis inferre Latinis
 Donec rostra tenent etc.“
 Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem
 Auxilioque vocare deos et tendere palmas. Aen. III, 144.

¹⁸⁾ Forbiger Wagn. Quaest. Virg. XXX, 2 secutus, infinitivo absoluto vehementiorem animi affectum, pavorem maxime et trepidationem indicari docet. Ad quod demonstrandum a Wagnero praeferit illum, quem supra attulimus locum, haec exempla enumerantur: Aen. III, 666; VI, 489; IX, 538; V, 685; XI, 883. Sed „pavor ille et trepidatio“ non infinitivo absoluto, sed verborum ipsorum significacione expressus est, nam omnibus illis locis, quos Wagner enumerat, timendi, trepidandi, similia occurrent verba. Dicendum illi erat, Vergilius infinitivum historicum saepe usurpare, si animi effectus, qualis est pavor, trepidatio etc., exprimitur.

Restat unus locus, de quo nonnulla habeo, quae dicam, Aen. II, 775:
 „Tum sic adfari et curas his demere dictis.“ Recte quidem et Wagner et Forbiger contra Wunderum, qui e priore enuntiato „visa est“ supplere voluit, monuerunt, illud videri non esse graecum δοκειν sed δηδηγειν; quae quidem verbi significatio hunc in locum non quadrat. *Adfari* et *demere* sunt infinitivi historici, quos documentum habere possumus, huiusc generis infinitivos in sedata quoque oratione poni solere. Idem versus iteratur Aen. III, 153 et VIII, 35.

Hoc non modo, ne quid infinitivi Vergiliani pertractationi deesse videatur, verum etiam ideo commemoravimus, quod eius saepissime non satis habetur ratio a viris doctis. Ita, ne longus sim, Ladewicus ne mentionem quidem eius facit, et Ern. Walder in commentatione, quam de infinitivi usu Plautino conscripsit (der Infinitiv bei Plautus, Berlin 1874), hunc infinitivi usum Plautinum, quamquam interdum invenitur, prorsus omisit. Haec enim tantum adnotavit p. 53: „Ueberall (?) wo er hier absolut gebraucht ist, auch wo er später sehr häufig vorkommt, sehen wir eine lebhafte Schilderung oder Erzählung, einen lebhaften Gedankengang, bei dem man die einzelnen Verhältnisse der Personen, der Zeit, des Modus nicht scharf und präcis ausdrückt (?), sondern sich mit dem Nennen des Hauptbegriffs begnügt, zumal wenn die genannten Verhältnisse anderweitig hinlänglich bezeichnet sind oder leicht hinzugedacht werden können.“ Qui sit narrationis vigor, ut unum modo exemplum afteram, Plaut. Merc. II, 1, 16: „oppido mihi illud videri mirum,“ frusta quaero. Cf. Draeger, op. cit. p. 303 exempla in primis e Terentio hausta.

Sed ut ad Vergilium redeamus, omnes illi loci, de quibus adhuc diximus, tales sunt, ut infinitivo nihil inesse videatur, quod mori ac consuetudini, qua ceteri scriptores eum usurpare solent, aduersetur. Attamen infinitivus historicus Vergilianus multo fortasse frequentior nobis observatur talis, qualis apud eius aetatis, quam auream vocare consuerunt, scriptores et apud eos, qui antea fuerunt, rarius usurpatus obvenit. Infinitivo enim absoluto Vergilius saepissime utitur, si quid, quod saepius fiebat, narrat, in talibus igitur enuntiatis, quibus res, quae iterabatur, describitur, ita ut simili vel potius eodem fungatur munere, quo imperfectum fungitur. Quem infinitivi historici usum sic explicaverim, ut eum postea demum evasisse di-

cam, quam infinitivus hist. in narratione alacri ac vivida receptus esset. Ut enim infinitivus praesens et praesentis et imperfecti vicibus fungitur, ita infinitivus quoque historicus finibus se suis haud continuisse, sed infinitivi vulgaris instar, per eius analogiam quam vocant, simili modo atque imperfectum ad enarrandas actiones, quae iterantur, translatus esse videtur. Talis infinitivi absoluti apud Vergilium haec inveniuntur exempla: Georg. IV, 134 sq., quo in loco poeta Corycii senis miram sedulitatem describens infinitivo historico ita utitur, ut et antecedant (*aequabat, onerabat*) et sequantur imperfecta.

*Primus vere rosam atque autumno carpere poma
Et cum tristis hiemps etiamnum frigore saxa
Rumperet et glacie cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tondebat hyacinthi,
Aestatem increpitans seram Zephyrosque morantis.
Ergo apibus fetis idem atque examine multo
Primus a b u n d a r e et spumantia cogere pressis
Mella faris etc.*

Hoc in loco Ladewicus ad illam provocat adnotationem, quam ad Georg. I, 200 adhibuit; iure an secus id fecerit, quaeritur. Georg. I, 199 et 200:

... Sic omnia fatis

*In peius ruere ac retro sublapsa referri,
Non aliter, quam etc.*

Ladewicus adnotat: „Der Gebrauch des Infin. absol. ist ein Zeichen, dass der Stoff, der mitzutheilende Gedanke den Schriftsteller für den Augenblick so überwältigt hat, dass er darüber die Form ausser Acht lässt. Daher wird der Infin. absolut. besonders dann gebraucht, wenn eine grossartige Erscheinung oder eine Masse von gleichzeitig sich dem Auge bietenden Gegenständen dem Schriftsteller plötzlich entgegentritt. Hier fesselt für den Augenblick der Gedanke an das ewige Naturgesetz, dass alles Irdische der Vergänglichkeit verfällt, den Dichter und mit ihm den Leser.“

Sane mirum est, quod vir doctus infinitivum absolutum neglecta quasi forma legitima ortum esse censem. Nam quid sibi aliud verba illa volunt, quae in adnotationis huius initio posuit, quam poetam utendo infinitivo absoluto abhoruisse ab legitima dicendi ratione? Quasi infinitivus absolutus non sit legitima forma et per infinitivum historicum loquendi mos illegitima dicendi ratio. Quae sequuntur illius adnotationis verba duas confundunt ac permiscent res.

Quid illa „res magna“ (grossartige Erscheinung) significet, haud intellego; neque semper multitidine rerum (rectius actionum Handlungen dixeris) uno eodemque loco occurrentium opus est, ut infin. absol. ponatur. Hoc in loco infinitivum absolutum hanc ob causam usurpari ex Ladewici adnotatione tibi persuadeas, quod illa aeterna lex „omnia ut in peius ruant, nisi assiduam iis curam adhibeas“ et poetae et lectoris animum ita afficit, ut ille — nam solum hoc concludi potest — formam legitimam neglexerit, lector neglecta non offendatur. Recte iam Wagner Quaest. Verg. XXX, 4 hunc locum inter eos refert, quibus „per infinitivum absolutum id interdum quod fieri solet, exprimitur“. Et profecto agitur de re, quae fieri solet; est enim sententia generalis, proverbium quodammodo, quo aeterna fati lex exponitur, omnia mortalia dilabi atque extingui, nisi operam assiduam et curam iis impenderis.

Quae est autem illius, quod prius attuli, enuntiati natura, Georg. IV, 134 sq? num talis, ut poeta de actione loquatur, quae fieri solet? Minime. Loquitur de re, vel potius de actione, quae fiebat, quae saepius accidebat, nequaquam de re, quae fieri solet. Georg. I, 200 infinitivus abs. eadem positus est ac graecus aoristus, quem gnomicum vocant, sive perfectum consuetudinis, quale apud Romanorum et pedestris orationis scriptores et poetas satis usitatum est, quale Vergilius quoque haud raro adhibet¹⁹⁾, Georg. IV, 134 sq. infinitivo historico actio proponitur, quae iam praeterit et in praeterito tempore iterata est, ita ut ille infinitivus absolutus imperfecto respondeat. Quae si respiciamus, plane apparet, Ladewicum in explicando Georg. IV, 134 sq. nullo iure eorum fecisse mentionem, quae ad Georg. I, 200 adnotaverat. Wagner quidem, ut vidimus, naturam huius loci bene perspexit, attamen eum cum Georg. IV, 134, Aen. IV, 420, XI, 820 confudit, Forbiger autem, quamquam Wagnerum secutus est, Ladewici tamen adnotationem, prorsus a Wagneriana discrepantem, conferri iubet.

Idem Ladewicus peccasse videtur Aen. IV, 421 sq. Quo in loco Dido Annae sorori:

*Miserae hoc tamen unum
Exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus*

¹⁹⁾ Cf. Georg I, 49 et ad h. l. Forbigerum, qui multa exempla afferit et Draegerum op. o. p. 229.

Ladewicus haec adnotat: „die absoluten Infinitiv. colere und credere dienen hier zur Bezeichnung des Pflegens, wie auch Aen. VII, 15, Georg. I, 200, IV, 422.“ In qua adnotatione ter errasse videtur vir doctus. Primum breviter illud et satis obscure dictum „zur Bezeichnung des Pflegens“ sic quoque intellegi potest, quasi hoc loco actio exprimatur, quae fieri solet; quod quidem a contextu huius loco prorsus abhorret, quia agitur de actione praeterita, quae iterata est, ita ut toti enuntiationi idem insit sensus, qui ei inesset, si imperfectum positum esset. Deinde quae Ladewicus h. l. adnotavit, sive ea quo explicavi modo quique unus totius loci sensui recte accommodari potest, explicas, sive illud „zur Bezeichnung des Pflegens“ sic intellegere vis, ut ei praesentis vel gnomici aoristi notio insit, omnino discrepant ab illis, quae ad Georg. I, 200 adnotata obveniunt, ita ut ei hunc locum quodammodo parem illi affere nequaquam licuerit. Tum Lad. Georg. IV, 422 citat sane levissime. Hoc enim loco nullus invenitur infinitivus absolutus. Hoc L. propterea peccasse videtur, quod non modo non suo ut dicimus Marte exempla similia congesit, sed ne perquisivit quidem semper qua pars erat diligentia exempla ab aliis adlata. Est enim locus ille non Georgicon, sed Aeneidis ipsius, ergo adlata. Est enim locus quem Ladewicus explicare conatur atque ille quem in adnotatione enumerat.

Minus recte Ladewicus, quae ad Georg. I, 200 adnotavit, alio quoque loco afferit. Est enim is locus, quem iam p. 12 dubium denotavimus, Aen. XI, 821:

*Tum sic exspirans Accam, ex aequalibus unam,
Adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae,
Quicum partiri curas, atque haec ita fatur.*

Ubi illud „Quicum partiri curas“, si re vera infinitivus absolutus h. l. demonstrari posset — quod quidem non probabile est — nihil aliud significaret, quam quicum curas partiebatur, partiri solebat.

Aen. VII, 15: *Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum*

Vincla recusantum etc.

ubi infinitivum absolutum eodem modo positum esse statuerim atque „exaudiuntur“. Eadem verba leguntur Aen. VI, 557. — Aen. II, 169:

*Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
Spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.*

Infinitivos historicos *fluere* et *referri* non eadem vi usurpatos esse puto, qua perfecta „fractae vires“, „aversa deae mens“, sed Kappesio assentior, qui

II, p. 11 illi *fluere* et *referri* non prorsus evanescentis, sed sensim modo cadentis spei notionem inesse docet. Sensum enim huius loci hunc esse puto: Ex illo tempore, ex quo Ulixes Palladium corripuit, dea iis favere cessavit, vires fractae sunt, spes Troiae expugnandae magis magisque *evanesceret* (nam hoc significat illud *fluere ac retro referri*) h. e. Achivi paullatim sperare disinebant, se Troiae rerum potituros esse. Aen. II, 97 sq.: *hinc semper Ulices*

*Criminibus terrere novis, hinc spargere voces
In volgum ambiguas et quaerere conscius arma.*

Iam illud *semper* sine dubio docet, per infinitivos absolutos facta proponi, quae non semel, sed iterum atque saepius acciderunt. Simili modo Vergilius infinit. absol. adhibet Aen. VI, 199:

*Pascentes illae tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi servare sequentum.*

Prodire imperfecti sensu (prodibant) iteratum illum columbarum volatum indicat. Aen. III, 141. — Aen. XII, 216 sq.:

*At vero Rutulis inpar ea pugna videri
Iamdudum et vario misceri pectora metu etc.*

Infinitivis absolutis *videri* et *misceri* actiones exprimi imperfectas ac durantes, iam ex adiecto illo *iamdudum* satis lucide appetat = *At vere Rutulis iamdudum ea pugna inpar videbatur et vario miscebantur pectora metu etc.* Idem hoc munus infinitivo absoluto est Aen. V, 655:

*At matres primo anticipet oculisqne malignis
Ambiguae spectare rates miserum inter amorem
Praesentis terrae fatisque vocantia regna:
Cum dea se paribus per coelum sustulit alis etc.*

ubi *spectare* eodem sensu positum est ut imperfectum *spectabant.²⁰⁾* X, 267. Huc Aen. II, 132 sq. referendum esse puto:

*Iamque dies infanda aderat; mihi sacra parari
Et salsa fruges et circum tempora vittae.
Eripui, fateor, leto me et vincula rupi etc.*

Ita Forbiger versus interpungit et Wagnerum Quaest. Verg. XXX, 1 secutus haec adnotat: „Ab infinitivo absoluto, qui vulgo historicus vocatur, saepe ita transiri ad verbum finitum, ut stimuletur exspectatio.“ Ex hac verborum interpunctione et ex adnotatione ipsa colligi potest, Forbigerum infini-

²⁰⁾ Cf. Em. Hoffmann op. cit. p. 168.

tivum absolutum *parari* eodem modo quo perfectum quod sequitur historicum *eripui* usurpare, minus recte quidem ut meum est iudicium. Ex toto enim sententiarum contextu quisque sibi persuadere potest, omnem Sinonis narrationis vim in verbo *eripui* positam esse, ita ut non solum, quod iam Conington¹⁾ recte comparata verborum constructione simillima, Aen. III, 356 sq., censuit, logice, verum etiam, ut equidem volo, grammaticae cum verbis antecedentibus quam artissime cohaerat. Itaque Ladewici verborum interpungendorum rationem:

*Iamque dies infanda aderat, mihi sacra parari
Et salsa fruges et circum tempora vittae:
Eripui, fateor, leto me et vincula rupi*

probaverim et illud „*eripui*“ asyndetice antecedenti enuntiato ea vi assertum putaverim, qua alias saepissime enuntiationes omisso „*cum*“ inverso quod dicitur, coniungi soleant²⁾). Infinitivum igitur absolutum *parari* sensu eodem usurpatum censeo, quo imperfectum quod antecedit *aderat*.

II. DE INFINITIVO, QUI VULGO PRO IMPERATIVO POSITUS DICITUR.

Apud Graecos infinitivum more absoluto haud raro ita poni, ut summa vi aliquid faciendum esse significet, vel ut minus accurate dicere solent, infinitivum pro imperativo poni, inter omnes constat³⁾). Idem infinitivi usus apud Romanos quoque utrum statuendus sit an non, viri docti adhuc certant. Alii enim summa ope demonstrare nituntur, a Romanis hunc infinitivi usum non esse alienum, alii eum omnino ab eis abiudicant⁴⁾). In quorum sententiis enumera- randis ne longus sim⁵⁾, hoc tantum moneo, neque Holtzeum neque Draegerum

¹⁾ Apud Forbigerum ad Aen. II, 132.

²⁾ Cf. Em. Hoffmann, op. cit. p. 164.

³⁾ Cf. Curtius, Griech. Gramm. §. 577 (X. edit.), Jolly p. 215 sq.

⁴⁾ Cf. E. Herzog op. cit. p. 21: „Einen imperativen infinitiv hat das latein nicht“.

⁵⁾ Cf. Forbigerum ad Aen. II, 350 et ad Aen. III, 405.

modo exemplum certum idque posterioris poetae Val. Flacci III, 412⁶⁾ afferre potuisse: *Ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas,
Tu socios adhibere sacris armentaque magnis
Bima deis;*

Negari quidem nequit, in omnibus fere indogermanicae stirpis linguis infinitivum absolutum imperativi vicibus interdum fungi⁷⁾, id quoque sane concendendum est, in eis, quae e Latina natae sint linguis Romanensibus quas vocamus. varium esse huius infinitivi usum (cf. Fr. Diez, Gramm. d. roman. Sprachen, III, p. 211, edit. III, Bonnae 1872); inde tamen nequaquam necessario sequi oportere putaverim, in Romanorum lingua litteris adhibita infinitivum vi imperativa usu receptum fuisse. Nam si reputemus id, quod vix cuiquam non probari opinor, linguas Romanenses (Francogallicam, Italicam, Hispanicam etc.) non e Latina lingua, qualis in litteris usurpata esset, sed ex vulgaribus dialectis ortas esse Latinis⁸⁾, veri simile quoque fiet, illum infinitivi usum imperativum in Romanenses recentiores linguas ex vulgari dictione translatum esse. In lingua enim Latina, qualis in litteris ipsis adhibebatur, num infinitivus pro imperativo positus sit, ne acrius dicam valde est dubium. Si enim hoc modo Romani infinitivo usi essent, exemplaria certe in litterarum monumentis nonnulla quaedam exstarent. Nam ipse ille locus Val. Flacc. III, 412, quem viri docti ad hanc infinitivi Latini proprietatem demonstrandam afferre consueverunt, non talis videtur, qui nihil dubii relinquat. Quod enim Ribbeck de Aen. XI, 821 *quicum parti curas recte* dixit, se quoque structuram credere absolutam, si absoluti infinitivi usum in enuntiato relativo vide ret confirmari, idem ego de loco supra laudato Val. Flacci dicere ausim; cum autem praeter hunc unum locum nullus inveniatur, qui iure quodam afferri possit, a vero haud multum aberrare videbor, si locum corruptum esse dixerim. Fortasse locus ita emendari potest, ut pro *adhibere* scribatur *adhibequ*. Quod particula *que*, quam voci antecedenti *socios* (socios-

⁶⁾ non 142, ut apud Jollyum falso exstat.

⁷⁾ Cf. Delbrückium in Kuhni ann. XX, ubi Ludwigi librum „Infin. im Veda“ recenset, p. 234 sq., Wilhelmum ap. Merguetum in rec. cit. p. 670, Jollyum p. 136 sq. 142, 158, 178. Praeter eas linguas, de quibus Jolly disputavit, confer slavicas apud Miklosichium op. cit. p. 850 et 851.

⁸⁾ Cf. M. Müller, Vorlesungen, I, 233, II, 303, 51. Fr. Diez, op. c. I, p. 3 sq., (edit. IV, Bonn 1876).

*que) adiunctam exspectamus, adhibendi verbo asserta est, id non obest, quo minus coniectura commendari possit, satis enim superque notum, a poetis particulam *que* aliis vocibus saepius adiungi, quam quo pertineat.* Cf. Val. Flacc. III, 560: *nil umbra comaeque, Turbavitque sonus surgentis ad oscula Nymphae,* Hor. Carm. II, 19 ult. *ore pedes tetigitque crura,* id. carm. saec. 22 *ut cantus referatque ludos,* id. Sat. I, 6, 43; Ovid. Met. XII, 109, XIV, 30, Tib. I, 3, 56 etc. Cf. G. T. Krüger, lat. Gramm. p. 716, not. 2.

Rationem autem, cur a Romanis talis infinitivi usus non receptus esset (non, ut Jollyus dicit, elapsus sive amissus esset), eam puto, quam M. Schmidt et Jolly ipsi attulerunt, id ideo factum esse, quod Romani infinitivo suo historico multo latiore quam reliquae aricae stirpis gentes concessissent locum⁷⁾.

Ceterum Jolly ipse in enarrandis his rebus non satis sibi constare videtur. Pag. 182 allato illo Val. Flacci loco haece adnotat verba: „Doch ist mir auch an den übrigen einschlägigen Stellen (s. besond. Golenski) diese Erklärung wahrscheinlicher als die von einem Grammatiker dem andern nachgeschriebene weil gelehrt aussehende Behauptung von einer darin vorliegenden Nachahmung des Homer“, continuat hisce: „es wäre doch in der That wunderbar, wenn er, in allen verwandten Sprachen vorkommend, dem Latein ganz fehlen sollte, tritt er doch gerade auch in den romanischen Tochtersprachen mit grosser Mächtigkeit hervor.“ Ex his viri docti verbis quisque iure concluderit, eius ipsius esse sententiam, talem infinitivi usum apud Romanos extitisse; nihilo minus p. 158, ubi de eodem infinitivo Gotico disputat, a Latinis eum prorsus abiudicavit⁸⁾, et verba ipsa quae sequuntur, secum pugnare videntur: „Wahrscheinlich ist der erst im Romanischen wieder hervorberechende Infinitiv den Lateinern dadurch abhanden gekommen, dass sie dem infin. hist. grösseren Spielraum gaben als irgend eine der verwandten Sprachen“. Quibus verbis vir doctus infinitivum illum Romanis quasi elapsum esse et postea demum iterum in Romanis evasisse linguis concedit. Quo modo autem et quando id factum esse potuerit, vir doctus non exposuit. Si infinitivus ille Romanis elapsus esset, ut Jolly dicit, tempore id antiquissimo esse factum

⁷⁾ Jolly p. 182.

⁸⁾ Jolly p. 158: „wäre nicht der dem Latein fremde Infinitiv im Got. ebenso zulässig als im Griech.“

ponendum esset, sane prius quam Romani litteris operam dare coepissent, quia, si postea evanisset, exempla certe nonnulla extarent; qua autem ratione ille quasi intermortuus qui iam evanisset infinitivus post longum temporis spatium iterum revixerit, perspicere nequeo.

Has ob causas e dialectis vulgaribus, non e Romanorum lingua litterata quam dicunt infinitivum imperativa vi in Romanenses linguas translatum, in litteris autem Romanos eum non usurpare veri simile esse crediderim.

Ut iam ad Vergilium ipsum transeam, quattuor sunt loci, quibus nonnulli infinitivum pro imperativo positum esse contendunt, recte id faciant an perperam, videamus. Sunt autem hi loci: Aen. II. 349, II. 707, III. 405, VII. 126, [Georg. III, 335.]

Aen. II, 348 sq.:

Iuvenes, fortissima frustra

Pectora, si vobis audentem extrema cupido

Certa sequi, quae sit rebus fortuna, videtis.

Hanc lectionem omnes fere Vergilii operum editores amplexi sunt, unus Ladewicus in programmate Neostrel. a 1853 e codice M.⁹⁾ lectione *audendi* recepta infinitivum *sequi* more Homericō pro imperativo positum putat et totum locum ita distribuit: *Iuvenes, fortissima frustra*

Pectora, si vobis audendi extrema cupido,

Certa, sequi; quae sit etc.

Qua quidem sententia eum nondum decessisse, e novissima eius editione intellegimus; haec enim sunt verba, quae ad h. l. adnotat: „Der inf. steht nach homer. Weise im Sinne des imper. Ebenso ist *imponere* Aen. II, 707 und *velare* Aen. III, 405 aufzufassen, und Aen. VII, 126 ist es einfacher *sperare* für diesen imperativischen infin. anzusehen, als eine Abhängigkeit von *memento* anzunehmen. Von den späteren Dichtern hat Val. Fl. III, 412 diesen Gebrauch noch nachgeahmt: *tu socios adhibere sacris.*“ In appendice autem p. 259 sententiam hanc überius exposuit et defendere conatur: „Ich habe jetzt die von mir schon im Neustrel. Progr. 1853 p. 21—23 empfohlene Lesart des Med. *audendi* und die Erklärung des infin. *sequi* im Sinne des imper. wieder aufgenommen, da ich mich seitdem nur noch mehr von der Richtigkeit der Gründe, mit welchem Hofm. Peerlk. die andere Lesart *audentem* bekämpft, überzeugt habe. Auch Kappes II, pag.

⁹⁾ Eandem lectionem exhibent codd. γ et α. Cf. Ribeckium ad h. l.

22—25, weist nach, wie wenig der Situation angemessen die Rede des Aen. wäre, wenn man dem gewöhnl. Texte folgt, und stimmt mir in der Fassung des infinit. bei, zieht aber *certa zu sequi: so folgt dem sicheren Loose*. Im Val. Flacc. III, 412 erklärt auch Thilo proleg. p. XXV ungeachtet des von Wagn. lect. Verg. p. 377, erhobenen Widerspruches den infin. im Sinne des imperat.¹⁰ Haec quidem argumenta non sunt, quae cuiquam persuadere possint, ut iis assentiatur. Nam quod potissimum Wagner dixit, talem infinitivum pro imperativo positum apud Romanos non inveniri, ne refellere quidem conatur Lad., neque ullum alias ante Vergilium auctoris locum afferre potuit; quos autem Vergilii laudat locos, omnes dubii, vel potius nullius esse pretii iam videbimus. Quorum primus, quo utitur exemplo, hic est:

Aen. II, 707: *Ergo age, care pater, cervici inponere nostrae.*

His verbis poeta Aeneam inducit loquentem ad patrem Anchisen, qui Iovis fulmine monitus, filii precibus ut secum pergeret, tandem concessit. Quid igitur Aeneas patri? quid pater filii cervici imponat? Sane nihil aliud quam se ipsum. *Inponere* si infinitivus esset, summo iure obiectum desideraretur. Nam activam huius verbi formam reflexiva significatione usurpari posse, vix putaverim. Lad. saltem nullum exemplum protulit. *Inponere* imperativum esse passivum, cui medii directi quod vocant vis subiecta sit — quale Romanis satis est usitatum¹¹), — omnium fere editorum recte in unum congruent sententiae. Itaque *inponere* idem valet atque *inpone te* (ērūdeo, setze dich auf meinen Rücken, lasse dich auf m. Rücken setzen, heben). Simillima est huius, quem iam afferam, loci ratio

Aen. III, 405: *Purpureo velare comas adopertus amictu.*

Si locos simillimos respicimus, quibus *velandi* vel eius similia *vincendi*, *coronandi*, *nectendi*, alia verba eodem modo constructa obveniunt, nullum iam dubium est, quin *velare* imperativus sit passivus, qui *medii* fungatur munere. Praeter eum, quem Forbiger, alii afferunt locum Aen III, 545: *capita velamur*¹²), conferri possunt loci simillimi Georg. III, 383 *velatur corpora setis*, Ovid. Met. V, 110 *velatur tempora vitta*, id. ibd. X, 432; Verg. Aen. V, 269 *evincti tempora taenis* VIII, 286; VI, 281 *crinem vittis*

¹⁰) Cf. *moveri*, *averti*, etc. Draeger op. c. pag. 124 sg.

¹¹) Hanc lectionem Lad. quoque in textum recepit, quamquam nonnulli codices *velatus* exhibent.

innexa etc¹³). Quaeramus, qualis sit tertius locus, quem L. ad suam confirmandam sententiam protulit,

Aen. VII, 126: *Tum sperare domos defessus ibique memento*

Prima locare manu molirique aggere tecta.

Quod quidem Lad.¹⁴) dicit, simplicius esse, si *sperare* infinitivum pro imperativo positum explicet, quam si infinitivum ab imperativo *memento* pendere dicas, affirmare non ausim, sed cum apud Homerum ipsum, cuius motrem potissimum secutus Lad. hunc infinitivi usum Vergilio vindicat, tales loci rariores obveniant, quibus et infinitivus pro imperativo positus et imperativus ipse promiscue usurpentur ita quidem ut infinitivus primum locum obtineat, non solum *simplicius*, ut Lad. dicit, verum etiam unice rectum esse mihi persuasum est, *sperare* ita explicare ut eadem vi sit infinitivus, qua sunt qui sequuntur *locare* pt *moliri* i. e. ut pendeat ab imperativo *memento*.

Ex illis, quae Forbiger ad Aen. III, 405 adnotat, ex Ladewici sententia dare quoque et *pascere* Georg. III, 335 infinitivos, quibus imperativi vis insit, esse intellego. Ubi Lad. hanc sententiam exposuerit, nescio, nisi forte in programmate illo Neostrel. (quod quidem mihi praesto non esse doleo) id 350, ubi cetera exempla, quibus infinitivos pro imperativo positos esse putat, enumerat, hoc adferat exemplum, sua sententia destitisse videtur. Et recte quidem destitit, nam *dare* et *pascere* et qui procedunt infinitivi *potare*, *exquirere* a *iubendi* verbo v. 329 pendere in promptu est.

Itaque omnes locos, quos Ladew., ut illum infinitivi usum apud Romanos defenderet, ad Aen. II, 349 enumeravit, tales esse videmus, qui nemini persuadere possint, Vergilium illum infinitivi usum suum fecisse. Quae cum ita sint, haud difficulter illum quoque locum, unde exorsi sumus, absolvemus, Aen. II, 349.

Vir enim doctus eo potissimum ut *sequi* infinitivum pro imperativo positum esse censeat adductus esse videtur, quod cum „*audentem*“ aptum ut ipse putat sensum non praebeat, *audendi* lectionem amplexus est. Sed in Scyllam incidit dum Charybdim evitare voluit. Sane legendum est *audentem*. Nam ut

¹²) Draeger p 886 sb. Forbig. indicem IV.

¹³) Cui infinitivi explicationi Car. Schaper quoque assentitur provocans ad illa quae ad Aen. II, 350 Ladewicus adnotavit.

omittam, hanc lectionem multorum codij¹⁴⁾ et Orosii, qui Orig. I, 36, 20 eandem lectionem exhibet, auctoritate firmari, recte mihi Ribbeck, alii Servii verba attulisse videntur. „Multi *audendi* legunt, multi *audenti*, sed neutrum procedit. Ergo *audentem* legendum est“, e quibus si nihil aliud, hoc certe apparet, Servio illud *sequi* infinitivum pro imperativo positum esse posse nunquam in mentem venisse. Num rerum contextum talem esse necesse sit, qualem eum Ladew. esse oportere putat, valde dubito. Nonne sensum rerum contextui aptissimum praebent verba, si cum Wagnero aliisque *audentem*¹⁵⁾ legimus et apodosin a sententia „quae sit“ inchoare statuimus? Ad Aeneae sane tranquillam ac gravem indolem aptissime convenire dixerim, si periculis demum expositis iuvenes cohortetur, ut secum in hostem ruant et moriantur. Quod autem Lad. in appendice p. 259 afferit, se Hofm.-Peerlcampi argumentis adhuc magis adductum esse, ut *audendi* lectioni faveret, sua ipsius inanitate corruit. Nam qualis ex Hofm.-Peerlcampi argumentationibus rerum conexus vel potius rerum commutatio sequatur, ipse ostendit, hunc verborum et versuum ordinem proponens:

*Incipio: quae sit rebus fortuna videtis:
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat, sucurritis urbi
Incensae sero, o iuvenes, fortissima frusta
Pectora! si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi, moriamur et in media arma ruamus.*

Quae adhuc exposuimus si paucis complectimur verbis, confirmare non dubito, apud Vergilium nullum esse locum, quo infinitivus pro imperativo positus obveniat.

¹⁴⁾ Cf. Ribbeckium ad h. 1.

¹⁵⁾ scil. me, non ut nonnulli volunt aliquem.

III. DE INFINITIVO IN EXCLAMATIONE ET INTERROGATIONE USURPATO.

Prorsus aliter, quam eorum summa est, quae de infinitivo pro imperativo posito disputavimus, res se habet, si quaeramus, num apud Romanos in interrogatione et exclamazione infinitivus, qualis non solum in linguis germanicis et litvanica ut Jolly monet¹⁾, sed etiam in nonnullis slavicis dialectis²⁾ reperitur, statuendus sit. Talis enim infinitivi absoluti usus et in prosa oratione et apud poetas Romanos frequentissimus est³⁾. Hoc tamen inter Latinam et reliquas, quas commemoravi linguas, interest, quod in his subiectum nominativo, in illa accusativo exprimitur. Quod quidem nihil aliud esse, quam accommodationem quandam ad accusativi c. infin. constructionem in enuntiatis ex aliis dependentibus propterea adhibitat, ut discriminis aliquid esset inter infinitivum in exclamationibus et interrogationibus positum et infinitivum historicum Romanis sane usitatissimum, recte Jolly videtur observasse. Hic quoque infinitivi usus utrum per ellipsis ut nonnulli volunt, explicandus sit an non, quamquam viri docti adhuc inter se dissentunt⁴⁾, eorum tamen sententiam probo, qui eum ex ipsa infinitivi natura explicant⁵⁾.

Draeger compluribus et priscorum scriptorum et Ciceronis, nonnullis quibusdam Livii, aliorum posterioris aetatis historicorum exemplis enumeratis, e quibus talis infinitivi absolutus usus perspicci possit, e poetis Latinis duos modo locos profert Verg. Aen. I, 37 et Horat. sat. I, 9, 72, sed veri simile esse addit, plura exempla extare talia. Et recte quidem. Nam Vergilius qui-

¹⁾ Cf. Jolly p. 159, 180. Grimm, Gramm. IV, 91.

²⁾ Cf. Miklosich op. cit. p. 852.

³⁾ Holtze p. 44 et p. 263, 264. Draeger p. 305 et 306.

⁴⁾ Cf. Reisigii praelectiones p. 786 et 787: „Oft wird aber auch eine Infinitiveconstruction elliptisch gesetzt in Fragen oder Ausrufungen mit den Partikeln *an*, *utrum—an*, *num*, *nonne*, *ne* etc., z. B. Verg. Aen. I, 37: *mene incepto desistere victimam?* d. h. *mene credis desistere.*“ E. Herzog op. cit. 21: „Elliptisch ist der ausrufende und fragende infinitiv bei heftiger erregung. Plant. Curc. 621: *servom antestari?* d. h. *du willst?*“ Ferd. Schultz §. 391 ann. haec verba facit: „Dieser acc. c. infin. kann als abhängig von einem gedachten Verbum *sentiendi* oder *dicendi* betrachtet werden. *Te doctum hominem esse?* scil. *credibile est?*, *putas?*“, et tamen optime convertit: „*Du ein Gelehrter sein?*“ Holtze, p. 44: „Hic non ex ellipsi, sed ex ipsa natura infinitivi, qui nihil nisi cogitationem exprimit (?) explicandus est.“ Draeger, p. 305: „Der Infinitiv als Ausruf oder unwillige Frage, nicht als Ellipse zu erklären, steht schon bei den Komikern.“

⁵⁾ Jolly p. 159, 178.

dem et Horatius, quamquam rarius tali infinitivo utuntur, tamen eum aliis quoque locis, quam quos Draeger enumeravit, adhibent.

Apud Vergilium tres modo loci reperiuntur, quibus talis infinitivi usus statuendus est.

Aen. I, 27, ubi Juno indignabunda exclamat:

... *Mene incepto desistere victimam*

... *Nec posse Italia Teucrorum avertire regem?*

Praeter hunc locum, quem fere omnes afferunt, qui de infinitivi in exclamationibus et interrogationibus usurpando disputant, duo modo exempla existant:

Aen. I, 97: *Mene Iliacis occumbere campis*

Non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra

Saevus ubi etc.

Aen. V, 615: *Heu tot vada fessis*

Et tantam superesse maris!)*

Quod quidem cum in soluta oratione tum apud poetas saepius *ut* cum coniunctivo in huius modi exclamationibus adhibetur, Vergilii nullum reperitur exemplum.

*) Horatii Draeger Sat. I, 9, 73 afferit: *huncine solem tam nigrum surrexe mihi!* Quo cum loco conferri potest Epod. VIII, 1: *Rogare longo putidam te? Du kannst noch fragen?* Epod. XI, 11: *Contrane lucrum nil valere candidum tibi*, ubi Bentley, Holder Nauck, Herm. Schütz, alii recte *contrane* in textum reperunt, non *contra que*, quod si legeremus, totum enuntiatum constructionem acc. c. infin. quoque a querendi verbo pendente explicare possemus, Sat. II, 4, 83 sq.:

*Ten lapides varios lutulenta radere palma
Et Tyrias dare circa inlata toralia vestis.*

Tene . . . torquerier omni

Sollicitudine districtum.

Sat. II, 8, 67:

CAPUT II.

DE INFINITIVI E SUBSTANTIVIS ET ADJECTIVIS NOMINIBUS PENDENTIS USU VERGILIANO.

I. DE INFINITIVO E SUBSTANTIVIS PENDENTE.

Inter omnes constat, qui studiis grammaticis operam navant, infinitivum illum, qui cum nominibus substantivis, quibuscum gerundii genetivus coniungi soleat, haud raro inveniatur, a viris doctis vario certe ac prorsus discrepante modo explicari. Cuius rei testes non quidem omnium proferre singulorum virorum sententias libet, qui de hac re sive in libris grammaticis uberioris disputaverunt, sive in scriptorum Latinorum editionibus adnotatiunculis quibusdam rem explicare studuerunt, sed praestantiores modo retulisse suffecerit. Quas varias sententias excepta illa, quam unam veram rectamque esse nobis persuasum est, suis comprehendit verbis Forbiger adnotatione brevi, quam ad Verg. Georg. I, 305 adiecit. Hoc enim loco cum *temporis* substantivo quattuor coniunguntur infinitivi:

*Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus
Et lauri bacis oleamque cruentaque myrti;
Tum gruibus pedicas et retia ponere cervis
Auritosque sequi lepores, tum figere dammas;
Stuppea torquentem etc.*

Forbiger: „In eiusmodi locis“ inquit „non Graecismum statuendum, neque Infinitivum pro Gerundio positum esse, ut Corte ad Sall. Jug. 89, 3, Drakenb. ad Liv. III, 4, 9, Oudend. ad Caes. B. G. VIII, 44, Heind. ad Hor. Sat. II, 4, 1, Bremi ad. Nep. Lys. 3, 1 et Ages 3, 4, Schmid ad Hor. Ep. II, 3, 215, Herzog ad B. G. VII, 26 et 71, Benek. ad Just. XII, 7, 13, Zumpt. Gramm. §. 598 aliique censuerunt (quibus nuper etiam Conington supra ad v. 213 se adiunxit, in aliis eiusmodi locis Infinitivum

Nominativi, in aliis Genitivi vicem praestare ratus), sed etiam sensu prorsus differre duas illas constructiones per Infinitivum et Gerundium, nunc satis notum. Constat enim, in illa Infinitivum Subiecti, verbum *esse* merae Copulae, Substantivum denique Praedicati munere fungi, in hac vero Substantivum esse Subiectum sententiae, a quo pendeat Genitivus Obiecti et verbum *esse* continere Praedicatum, ut v. c. *tempus est facere* significet: *facere est tempestivum* (zeitgemäß; nam *tempus* haud raro idem est quod *opportunum tempus*: Cf. Drak. ad Liv. VI, 18 etc.); sed *tempus est faciendi* (s. *tempus faciendi* . . . est) sit i. q. suppetit tempus ad faciendum. Similis ratio est locorum, ubi legimus *consilium cepit, iniit, cupido incessit facere* etc., in quibus non magis Infinitivus pro Genitivo Gerundii positus et a solo Substantivo aptus est, sed a Substantivo et Verbo simul pendet, quae coniuncta vim simplicis Verbi habent, cui Infinitivus Obiecti loco additur, cum *consilium cepit, iniit*, idem sit quo *decrevit, cupido incessit*, i. q. *cupivit* etc.; ut verissime docent Rosenhayn in Jahnii Annal. phil. et paed. 1826 II, p. 48, Kritz ad Sall. Cat. 30, 5, Fabri et Dietsch ad eiusd. Cat. 4, 1, Ramsh. §. 168, 4, not. 1 aliqui Grammatici.¹⁾ Haec quidem Forbiger.

Ex eius verbis colligendum est, tres esse modos, quibus infinitivus ille, de quo agitur, explicetur. Quorum unus est eorum, qui infinitivum hunc Graeco more usurpatum putant, alter eorum, qui infinitivum pro gerundii genetivo positum censem, tertius denique nunc quoque usitatissimus, quem Forbiger ipse comprobat, ille est explicandi modus, ut infinitivus ipse sit subiectum, substantiva vero nomina (qualia sunt *tempus, consilium, mos, alia*) praedicata. Ut sit enumeratio accurior, quartam adhuc afferam explicationem, quam in Kübleri commentatione¹⁾, quam „de infinitivo apud Romanos poetas a nominibus adiectivis apto“ conscripsit, invenio. Est sententia eiusdem Koenei, qui in libro de epicorum poetarum Romanorum sermone composito poetas saepius metri quadam necessitate coactos, infinitivum potius quam gerundium usurpasse censet²⁾). Quae quidem sententia adeo est levis parumque accurata,

¹⁾ Berolini 1861.

²⁾ Koene, Ueber die Sprache der röm. Epiker, Münster, 1840, p. 15: „Die Particinalformen auf -ndus sind in den meisten Fällen für das dactylische Versmass höchst schwerfällig oder beschränkend oder endlich gar nicht fügbar. Dies Alles hat die Epiker bestimmt, statt dieser Particinalformen so häufig den viel bequemeren Infinitiv zu gebrauchen und oft gegen alle Gesetze der Prosa.“

ut eam vix opus esse putem refellere. Haud rari enim sunt loci, quibus poetae, quamquam nulla erat metri necessitas, infinitivum tamen adhibuerunt. Ne alios afferam, confer Verg. Ecl. VIII, 88:

Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi;
Aen. VII, 443: *Cura tibi, divom effigies et templa tueri.*

Ex iis autem sententiis, quas Forbiger enumerat, illius tantum, quam extremam affert quamque ipse suam fecit, ratio est habenda diligentius, reliqua autem cum pauciores hebeant sectatores, si non prorsus neglegendae sunt, tamen brevi eas refellere sufficit.

Quod Forbiger primum commemorat, infinitivum illum non esse graecismum, recte quidem memorat, sed qui sint potissimum illi viri, qui in eiusmodi locis graecismum statuant, non affert. Mihi enim, quamquam me non fugit esse quosdam, qui infinitivum ab adiectivis nominibus pendentem ad Graecorum consuetudinem formatum esse censeant, de graecismo statuendo in ea dicendi ratione, in qua nomina substantiva cum infinitivis coniunguntur, fere nihil praeter illud ipsum, quod Forbiger adnotavit, quodque Jolly paucissimis exposuit verbis, notum est. Neque enim in libris grammaticis uberioribus neque in commentationibus ad infinitivum explanandum destinatis illius explicationis mentio fit, ita ut eius refutatio quod in hac disputatione desideratur, vix cuiquam non probari putem.

Magis digna, quam spectemus, altera infinitivi huius explicandi ratio esse videtur, non quia recta sit, sed quod adhuc hac nostra aetate satis multi sunt, qui eam sequantur. Ergo infinitivum pro gerundii genetivo positum esse putant. Hanc infinitivi explicationem, quam plerumque in libris scholarum usui accommodatis legimus, minime quidem probamus, verum tamen intelligere nobis videatur, qua re multis probetur, sed in operibus ad litteras ipsas scientiamque promovendam destinatis³⁾ tali explicationi, in qua et mens et ratio deseratur, non est locus.

¹⁾ Cf. Holtze op. cit. p. 42, 9: Liberior est usus infinitivi, si non pro accusativo, sed pro alio casu vel praepositione c. casu iuncta accipiens est, quod fieri potest post substantiva, post adiectiva, post verba.

²⁾ a) post substantiva. Plant. Truc. IV, 4, 24, „nam rem facere, si agim, non est locus“, ubi sub parenthesi addidit *faciendi*. Id. Poen. III, 3, 46, *Tu, si te dii amant, agere tuam rem occasio st h. e. agendi*“. Et paulo infra: „Nam raro tempus iungitur infinitivo pro gerundio“ etc. — Cf. praeter illos, quos Forbiger ad Verg. Georg. I, 305 enumerat, Reisig p. 772 et 778 §. 440.

Restat, ut quam Forbiger tertio loco affert sententiam respiciamus, infinitivum subiecti, verbum esse copulae, substantiva denique praedictati munere fungi. Quae quidem cum longe usitatissima⁴⁾ explicatio sit, uberior est adumbra. Negari quidem non potest, huic infinitivi explicationi, nisi altius accuratiusque in eam penetres, inesse aliquid, quod te, ut ei assentiaris, adducere possit. An nonne quisque primo obtutu, si quis illud Vergilianum exemplum (Georg. I, 305), alia similia proposuerit, infinitivos subiecta, substantivum *tempus* praedicatum esse contendet? Haud raro enim non solum apud recentiores poetas Latinos, ut Jolly putat⁵⁾, verum etiam apud priscos iam infinitivi usus talis est, ut substantivi nominativi vicem interdum praestet. Id cum in nonnullis aliis quoque indoeuropaea stirpis linguis videas⁶⁾, minus recte cum E. Herzogio⁷⁾ graecismum statuas⁸⁾, quam potius infinitivi Latini primigeniam dative vim prius iam evanuisse dicas, quam litteris usi essent Romani, ita ut nominativi quoque munere fungi possit.

Non quidem meum esse puto, hoc iam loco omnes Vergili locos enumerare, quibus infinitivus pro nominativo recte haberi potest; huius rei suo loco praebebitur occasio, sed tantum eiusmodi aliquot afferre sufficiat, quibus infinitivus subiectum, substantivum cum copula esse coniunctum praedicatum inventur. Georg. IV, 178: *Grandaevi oppida curae,
Et munire favos et daedala fingere tecta.*

⁴⁾ Meiring § 869; Madwig, gramm. lat. § 598, Schultz § 389, 3 etc.

⁵⁾ Cf. Jolly p. 190 et 191, cuius verba: „Freilich finden sich die Constructionen, wozu auch der Infinit. nach *nocet*, *laedit*, *prodest*, *obest* etc. gehört, fast nur bei späteren Dichtern“ minus accurata esse videbuntur, si exempla ab E. Herzogio p. 20 et Draegero p. 305 allata contuleris.

⁶⁾ Jolly p. 142, 173; ad graecam linguam quantum attineat, cf. Albrecht „de acc. c. infin. etc.“ in Curtii Stud. IV, 1, p. 7.

⁷⁾ E. Herzog p. 20: „Freilich kann man für das lateinische als solches aus diesen beispielen keine reinen schlüsse ziehen: denn wenn man zu diesen constructionen noch die rein substantivische Verwendung im altlateinischen nimmt: *hic vereri perdidit* (Bacch. 158), *tum amare* (Circ. 28), *totum insanum amare hoc est* (ibd. 180), ferner die zahlreichen Fälle, in denen wie im griech. statt des acc. c. infin. der blosse infin. steht, z. B. trim. 1129 *culpa curuisse arbitror*, so muss man geneigt sein solche Ausdehnung und Art des latein. infin. als graecismus zu fassen, der aus den griechischen Vorbildern dieser Dichter geflossen ist“.

⁸⁾ Quamquam iure concedendum est, postea hunc infinitivi usum inde latiorem factum esse, cum scriptores nonnullarum disciplinarum, qualis est philosophia, uti materiam ita etiam nonnullas linguae proprietates ex Graeco fonte hausissent. Cf. E. Herzog p. 20.

Aen. IX, 606: *Flectere ludus equos et spicula tendere cornu.*

Aen. VII, 266: *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyronni⁹⁾,*
ubi ut in loco simillimo Ovid. Met. IX, 291 *par est meminisse doloris infinitivus subiectum, pars praedicatum est.*

Georg. III, 182: *Primus equi labor est animos atque arma videre
Bellantum etc.*

Aen. II, 354: *Una salus nullam sperare salutem.*

Haec nominativi vis, quae infinitivo haud raro inest, in eo adhuc magis perspici potest, quod interdum pronomine demonstrativo vel substantivo accusativus explicatur. Cf. Aen. VI, 128:

*Sed revocare gradum superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.*

Aen. X, 468: *sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.*

Quae cum ita sint, quid mirum, quod tum quoque, cum alia substantiva, quibuscum gerundii genetivus coniungi solet, cum infinitivo obversantur coniuncta, eodem modo infinitivum subiectum, substantiva praedicata esse contendunt? Hoc eo probabilius videri potuit, quod eorum substantivorum, de quibus agitur, alia sua ipsa, qua vulgo fruuntur, alia etsi non sua qua plerumque solent, significatione tamen paulum mutata, sane apta, ut illi quidem putant, praedicata esse possunt. Itaque *mos*, *consilium*, *potes* cum infinitivis coniuncta recte sibi ita explicare visi sunt, ut subiectum infinitivo expressum sequerentur praedicata substantivis notata. Cf. Verg. Aen. VII, 731: *sed haec lento mos est apiare flagello*, ibd. IX, 739: *hinc exire nulla potestas*, ibd. IX, 815: *nec respirare potestas*. In illa, quorum antea altero loco mentionem feci, substantiva referenda sunt nonnulla abstracta, quibus interdum rerum concretarum vis subiecta est. Qualia sunt *cura*, *amor*, *cupido*, alia. Sua qua sunt vulgo significationis vi, minus apta essent praedicata; cum autem iis res ipsae notantur, quarum causa animo afficiuntur, nihil iam obstare videtur, quo minus esse possint. Si enim Ecl. I, 54: *Nec tamen interea raucae, tua cura palumbes*, ibd. X, 22: *tua cura Lycoris*, Georg. III, 286, IV, 354; Aen.

⁹⁾ De huius loci explicandi ratione cf. quae in appendice uberior exponemus.

*Ut sine hisce arbitris atque vobis locum
Detis nobis loqui¹³⁾.*

Sal. Jug. 3. 4: *nisi forte quem in honesta lubido tenet potentiae paucorum
decus atque libertatem suam gratificari¹⁴⁾.*

Sed ut ad Vergilium ipsum transeam, tot tamque illustria ac firma exstant exempla, ut, si aliunde nulla allata essent, illa ipsa sufficienter, ut summo iure illam, de qua supra disputavimus, explicationem reiciamus. Quae apud Vergilium cum infinitivo construuntur nomina substantiva, haec sunt: *amor, cupidus, studium, cura, animus, labor, ira, virtus, potestas, copia, modus, mos, tempus, aetas, causa, fiducia, ius, fas.*

Amor. Aen. II, 10: *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros
Et breviter Troiae supremum audire laborem,*

Forbiger amoris vocem allatis Ecl. IX, 56, Aen. I, 171 bene per desiderium interpretatus, infinitivum ut explicet ad illa, quae ad Georg. I, 305 adnotavit, nos revocat; quam si explicationem secuti *cognoscere, audire* subiecta acciperemus, *amor* paulo mutata significatione sumendum esset ita, ut totius loci sensus his fere verbis reddi possit: „Si cognitio casuum nostrorum tantum desiderium (Gegenstand eines so grossen, so heissen Verlangens) est... incipiam.“ Quod quidem, si rem ipsam spectas, esse potest¹⁵⁾, sed quid, si Aen. III, 298: *Obstupui miroque incensum¹⁶⁾ pectus amore*

*Compellare virum et casus cognoscere tantos,
Progredior portu etc.*

¹³⁾ Holtze p. 42. quamquam Brixius (ed. altera, 1871) ad vers. 209 haec adnotat „die Bücher haben *loquendi* et *colloquendi* in textum recepit.“

¹⁴⁾ Editores fere omnes, Reisigii explicatioue nisi, hunc infinitivum explicant. Cf Jacobs (edit. sexta Berolini 1874) ad h. l. „der infin. von dem *lubido tenet* abhangig.“ Fabri ad Sal. Cat. 4, 1. Reisig op. cit. § 440, p. 772 „aber bei *lubido tenet* dachte sich Sal. *cupidus*. Cf. Forbigeri verba, quae supra attulimus.

¹⁵⁾ Cf. Hor. carm. IV, 1, 14, 18; Catull. 2, 5; Cic. Fam. 14, 2, 2 etc.

¹⁶⁾ Forbiger haec adnotat: „Ceterum quatuor Codd. exhibent *incensus*, qua lectio probata Jahn. totum locum sic construendum esse censet:

... *miroque incensus pectus amore,
Compellare virum et casus cognoscere tantos
Progredior...*

adversante tamen Wagnero, quem haud dubie male habet *ex amoris* ita absolute usurpata; nam in constructione *progredior compellare, agnoscere* non haerebit, puto, vir doct. cum etiam I, 527 *venimus populare* et alibi similia legamus. Qui sint illi quattuor codices, ad quos Forbigeri verba spectant, nescio, in Ribbeckii enim editione critica nullam variam lectionem h. l. invenis; sed etsi optimi codices *praebent incensus*, non construi deberent verba uti Jahnii ea construit.

I, 678: *puer ire parat, mea maxima cura*, multis aliis locis de iis dicitur, in quibus cura nostra posita est, quid est quod obstet, *quin curae* vocem hac paululum mutata significatione praedicatum adhibetur subiecto verbis expresso, et loci, quales sunt Georg. I, 51:

*Ventos et varium caeli praediscere morem
Cura sit;*

Aen. I, 704: *quibus ordine longam*

Cura penum struere et flammis adplere Penatis.

Ecl. VIII, 88: *nec sit mihi cura mederi*, alii quidam similes ita explicentur, ut infinitivi subiecta, substantiva praedicata statuantur?

Eadem est ratio ceterorum nominum *amoris, cupidinis.*

Aen. II, 10: *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,*

ibd. VI, 133: *si tanta cupido*

*Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara etc.*

Si his, quae adhuc exposui, addam, illius sententiae sectatores infinitivi linguae germanicae usum similem aptam quam dicunt analogiam fortasse habuisse sibi videri, satis eis causae fuisse puto, quod illam infinitivi cum substantivis coniuncti rationem amplexi sunt.

Attamen rem si altius diligentiusque consideraverimus, prorsus alia nobis obversabitur. Infinitivus, qui post substantiva nonnulla nomina ponitur, quibuscum genetivus gerundii coniungi solet, ex ipsis primigenia dativi vi explicandus est¹⁰⁾. Illi enim explicandi rationi, quam ab omnibus fere viris grammaticis acceptam esse commemoravimus, hoc obesse videtur, quod etiam *lubido cepit* alia similia cum infinitivo construuntur¹¹⁾. Cf. Enni. Med. exul.

Fragm. 3: *Cupido cepit miseram nunc me, proloqui
Caelo atque terrae Medeai miserias.*

apud Cicer. Tusc. disp. III 26, 63¹²⁾. — Plaut. Capt. II, 1, 17:

¹⁰⁾ Cf. Jolly p. 108: „denn während der Infin. nach Substantiven mit dem verbum subst. z. B. nach *lubido, spes, potestas, votum, lex, pudor, timor, causa, facultas, impetus, labor est* und vielen ähnlichen zu verbreitet ist, um anders als aus der ureigenen Anlage des latein. Sprachbaues erklärt werden zu können, ist der Infin. nach Adiectiven etc.“

¹¹⁾ Cf. E. Herzog, p. 20: „nach subst. phrasen des entschlusses und begehrens wie *consilium lubido occasio tempus est*, in welchen der fassung des infin. als subject das entgegensteht, dass auch *lubido cepit* mit dem infin. vorkommt“.

¹²⁾ Vahlen Enn. poes. reliqu. p. 127. — Holtze p. 42 sua (vel potius Reisigil) ratione infinitivum a substantivo et verbo coniunctum pendere putat.

et Aen. VIII, 163: *Mihi mens iuvenali ardebat amore*

Compellare virum et dextrae coniungere dextram

ablativum *amore* legimus cum infinitivo? quid, si Aen. XII, 282:

Sic omnis amor unus habet decernere ferro.

exhibetur? Forbiger quidem et hoc ipso et utroque illo loco ad illa provocat, quae iam saepius commemoravimus adnotata ad Georg. I, 305 et Aen. I, 704, sed ibi sane cautus ne verbo quidem rem ipsam tam difficilem explicare conatur.

Priusquam nos uberius exponamus, quo modo ex infinitivi primaria vi dativai omnia haec explicari possint, videamus, qualia sint ceterorum substantivorum, quae enumeravi, exempla.

Studium. Georg I, 21:

Dique deaque omnes, studium quibus arva tueri;

ibd. II, 195: *Sin armenta magis studium vitulosque tueri* etc.

Sane aptissimum, ut nobis huius infinitivi vis et natura plana fiat, quod sequitur est exemplum. Georg. III, 179 sq.:

Sin ad bella magis studium turmasque ferocis,

Aut Alphea rotis praelabi flumina Pisae

Et Iovis in luco currus agitare volantis:

ubi neque cum Heynlio ellipsin formare (quod e versu 163 repetendum esset) statuere neque cum Wagnero, Forbiger, Ladewico quibusdam aliis „studium ad“ analogia similis dictionis „studium conferre ad“ dictum esse probare possumus, sed illud ad eadem vi positum esse dicimus, qua saepius cum substantivis nonnullis nominibus, quae genitivus obiectivus qui dicitur sequi solet, praepositiones *in*, *erga* c. acc. ponuntur; quod eo probabilius est, quod adiectivum nomen *studiosus*, quod cum genitivo construi scimus, apud Varronem r. r. I, 17, 7 „ad opus“ cum accusativo adiecta praepositione *ad*, apud Plaut. Mil. III, 1, 206:

Qui nisi adulterio, studiosus rei nulli aliae est improbus

cum dativo constructum esse videmus. Sed etsi „studium ad“ per analogiam quandam ad „studium conferre ad“ conformatum esset, tamen, quod nostra maxime refert, infinitivi qui sequuntur *praelabi*, *agitare* eadam vi positi sunt, qua „ad bella turmasque ferocis“; unde apertissime prima infinitivi vis dativi eiusque finalis perspici potest.

Animus. Aen. IV, 639:

Perficere est animus finemque inponere curis

Dardaniique rogum capitis permittere flammae.

Aen. X, 717: *Non ulli est animus stricto concurrere ferro;*

ibd. III, 60: *Omnibus idem animus scelerata exceedere terra,*

ibd. XI, 324: *Sin alios finis aliamque capessere gentem*

Est animus.

Cupido. Aen. VI, 133: *Si tanta cupido*

Bis Stygios innare lacus bis nigra videre

Tartara etc.

Aen. II, 349: *... si vobis audentem extrema cupido*

Certa sequi.

De hoc loco vide quae disputavinus pag. 27. sq.

Cura. Ecl. VIII, 88: *nec sit mihi cura mederi*; Georg. I, 51:

Ventos et varium caeli praediscere morem

Cura sit.

Aen. VI, 653:

Quae gratia currum

Armorunque fuit vivis, quae cura nitentis

Pascere equos,

Aen. VII, 443: *Cura tibi divom effigies et templa tueri*

Aen. IX, 159: *Interea vigilum excubii obsidere portas*

Cura datur Messapo et moenia cingere flammis.

Aen. I, 704:

quibus ordine longam

Cura penum struere et flammis adulere Penatis.

Forbigeri, aliorum quorundam explicationi, qui suo more *penum struere* nominativum subjecti esse consent, illud repugnat exemplum, quod ante attulimus Aen. IX, 159 *Cura datur c. inf.*, e quo colligi potest, et hunc et ceteros id genus locos ita esse explicandos, ut inter *curae* vocem et infinitivos alia statuenda sit relatio.

Aen. IX, 757: *Et, si continuo victorem ea cura subisset*

Rumpere claustra manu sociosque inmittere portis,

Quod Forbiger animadvertisit, infinitivos *rumpere* et *inmittere* voci *cura* per appositionem adiectos esse, sua quidem ratione recte animadvertisit, inde tamen minus recte concludi posse censeo, *rumpere*, *inmittere* esse nominativos. Pronomina enim demonstrativa et relativa cum saepenumero ita ponantur, ut

genetivi obiectivi vel talium constructionum, quae eius obtinent locum, vice fungantur¹⁷⁾), ea cura eadem vi dictum esse puto ut *eius rei cura*; itaque infinitivi voci *cura* non ita appositi esse videntur ut Forbiger eos appositos esse putat, sed iis res accuratius notari, in quibus curam ponit oporteat censeo, vel quod dem est, *rumpere* et *inmittere* h. l. usus suo nihil differre ab illis infinitivis, quorum antea adumbravi exempla complura. Cf. exemplum simillimum Aen. III, 60: *Omnibus idem animus scelerata excedere terra*. Simili fere significatione ac *cura* usurpatur.

Labor. Aen. I, 76: *Tuus, o regina, quid optes*

Explorare labor.

Ne hoc quidem loco opus esse dixerim, *explorare* subiectum, *tuus labor* praedicatum explicare, sed *tuus* praedicatum, *labor* subiectum esse, a quo infinitivus *explorare* pendeat, potius censuerim. Georg. IV, 106: *Nec magnus prohibere labor* = Es gehört keine grosse Mühe (Anstrengung) zum Abwehren, zur Abwehr.“

Ira. Aen. II, 575: . . . *subit ira cadentem*

Ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.

Forbiger hoc loco a se ipso discedit, cum „*subit ira* h. e. impetus *ulcisci patriae ex ira ortus*“ explicet et tamen ad ea, quae ad Georg. I, 305 adnotavit, conferri iubeat.

Virtus. Aen. X, 712: *Nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus* (Und keiner hat den Muth ihm zornvoll entgegenzugehen.)

Fiducia. Aen. X, 276: *Haud tamen audaci Turno fiducia cessit*
Litora praecipere et venientis pellere terra.

Spes. Aen. V, 183: *Hic laeta extremis spes est accensa duobus*
Sergesto Mnestheique Gyan superare morandem.

Potestas. Aen. IV, 565: *dum praecipitare potestas?*

Aen. IX, 739: *Nulla hinc exire potestas.*

Aen. IX, 813: *Nec respirare potestas.*

Aen. III, 670: *Verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas.*

Aen. VII, 591: *Verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas.*

¹⁷⁾ Caes. b. g. V, 19: *Hoc metu eos latius vagari prohibebat* (= *huius rei metu*) Cic. fin. II, 20 *hic dolor* (= *huius rei dolor*), Sal Cat. 8, 5, Jug. 35, 6. Cf. Jacobs ad h. l. Schultz lat. gramm. § 312.

Copia Aen. IX, 483:

*nec te sub tanta pericula missum
Adfari extremum miserae data copia matri?*

Modus. Georg. II, 73:

Nec modus inserere atque oculos inponere simplex.

Forbiger minus accurate, ut equidem puto, Statii Theb. XII, 573: *Nam quis erit saevire modus?* comparans utrumque locum non aliter explicandum putat atque illos, de quibus ad Georg. I, 305 disputavit, „non enim opus videri, ut infinitivum pro Genitivo Gerundii usurpatum censeamus, si per synesin aliquam *modus est* pro *solemus*, *quis modus erit?* pro *quando desinet?* positum accipiamus.“ Quae quidem explicatio sane durissima est, et haud multum abest quin dicam talis, quae ob perversitatem adhiberi nequeat. Si enim eiusmodi *synesias* adhiberi licet, quaelibet iam constructiones vel difficultiae sine ulla difficultate explicari possent. Sed circumlocutio ipsa, quam Forbiger in utroque loco tamquam aptam probat, minime commendari potest. Prorsus enim aliud est *modus est*, quod illo Vergiliano loco legitur, et *solemus*, quo dicto Forbiger id explicare conatur. Vergilius illo loco inoculationem arborum non esse simplicem exponit, sed ut ex sequentibus versibus appareat duplicum; quod utrum recte circumscribatur voce *solemus* an non, vix cuiquam dubium esse poterit. Neque illud Statii qua debuit diligentia atque cura explicatum est. Nam *quis modus erit* amplius dictum est quam *quando desinet*. *Modus* non solum finem indicat seu terminum verum etiam vim illius saevitiae. Cf. Hor. carm. I, 24. 1: *Quis desiderio sit pudor aut modus?* Mart. VIII, 64 *Sit... modus rapinis?* etc¹⁸⁾). Quos vero Forbiger ad suam confirmandam sententiam Tibulli versus III, 2. 29, 30 laudat: *Lygdamus hic situs est; dolor huic et cura Neaerae*

Coniugis ereptae causa perire fuit“

sane quam maxime idonei sunt, quibus nostra de infinitivi natura sententia adiuvetur. Cf. Verg. Aen. II, 455 *et ad culpam causas dedit*. Terent. And. I, 1, 123 *caus. ad obiurgandum*, id. Hec. IV, 4, 71 *cum fingis falsas causas ad discordiam*. Cf. Krebs. op. cit. p. 217.

Mos. Aen. I, 336: *Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram*
Purpureoque alte suras vincire cothurno.

¹⁸⁾ Cf. Döderlein Lat. Synon. II, p. 204, IV, 360 adnot. Krebs, Antibarb. d. lat. Spr. ed. V. (edidit Allgayer, Frankf. a/M. 1876) p. 718.

Aen. VII, 731: *Sed haec lento mos est aptare flagello.* Georg. III, 224.

Ius Aen. XII, 315: *mihi ius concurrere soli.*

Fas. Georg. I, 126: *Ne signare quidem . . . fas erat.*

Aen. I, 77; II, 157; V, 563; VIII, 397, 502; *nefas* Aen. VI, 391; opinioni eorum, qui infinitivos subiecta, *fas*, *nefas* praedicata esse censem, id obstat puto, quod *nefas* cum supino in -u quoque construitur (apud Vergilium III, 365); quae tamen iunctura vix disiungenda est ab illa. Cf. idem in ling. germ. *muoza* (*fas*) ist ze handelonne apud Joll. p. 159.

Causa. Aen. X, 90: *Quae causa fuit consurgere in arma*

Europamque Asiamque et foedera solvere furto?

„Causa consurgere pro causa consurgendi v. I, 704, IX, 739.“ Haec Forbiger, sed ut alias saepius, sic hoc quoque loco sibi minus constare videtur, altero loco adnotans „causa consurgere pro causa consurgendi“, altero, ad quem revocat Aen. I, 704: Hic non Infinitivum pro Gerundio positum, sed Infinitivum Nominativum Subiecti esse, vix est quod commemorem.“ Utramque explicationem falsam esse, quis est qui non videat? Constructio acc. c. inf., quam h. l. post „quae causa est“ agnoscimus, sane inter inusitatiores numeranda est, quia et poetae et solutae orationis scriptores alias constructiones plerumque adhibent. Cf. Cic. Mil. XIX, 49: *Quae causa cur Romam properaret?* id amic. XIII, 48, Hor. Carm. I, 16, 19, Cic. rep. II, 34, 59 *Quo tum consilio praetermisso causa populo nata est duabus tribunis plebis per seditionem creatis, ut potentia senatus atque auctoritas minueretur.* id. Att. 8. 12. 1; Caes. b. c. III, 17, 1, Liv. V, 55. 5. Cf. W. Weissenborn ad h. l. Simili modo constructio acc. c. inf. post *invidiae* vocem Aen. IV, 349 usurpata est: *Quae tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est?* ubi etiam Forbiger sine ullo iure ad Georg. I, 305 revocat.

Transamus iam ad *temporis* vocem, quae etiam apud prosae orationis scriptores haud raro cum infinitivo coniuncta occurrit, quamque Forbiger, alii firmissimum suae de hac re sententiae argumentum afferre solent. Quam vocem saepissime ita usurpari, ut *tempus* denotetur *opportunum* praeter illa, quae Forbiger Drakenborchium, Bremium, Kritzium secutus e Livio, Nepote, Salustio ad Georg. I, 305 congessit, multa alia confirmant exempla¹⁹.

¹⁹⁾ Meiring, op. c. §. 969, Krebs, p. 1130, Klotz, lex. lat. s. v. *tempus* B, 1. b.

Prorsus me ignorare fateor, quo iure viri docti *tempus* ideo, quod ei *opportuni temporis* notio inesse possit, nonnunquam idem esse atque adiectivum *tempestivum* concluserint; id quidem affirmaverunt, non demonstraverunt. Quod si demonstrassent, nihil iam obstaret, quo minus eis non dico assentiremur sed assentiri possemus. Nam ut exemplo illo Vergiliano utar, „*quernas glandes tum stringere tempestivum*“ non abhorret a Latine dicendi more. Id solum difficultatis obversatur, quod *tempus* etsi *opportuni temporis* significatione usurpetur, adiectivi tamen *tempestivum* munus praestare non posse videtur. *Tempus* enim est *tempus*, saepenumero etiam idem quod *opportunum tempus*, nunquam vero idem, quod adiectivum *tempestivum* vel *opportunum*. Romanos eius modi infinitivos non pro subiectis habuisse e talibus patet exemplis, qualia iam antea enumeravi complura. Aen. III, 298, VIII, 163, IX, 483 cet. Contra nullum fere dubium esse potest, quin *temporis* notionis et infinitivorum, qui post hanc vocem poni soleat, prorsus alia ratio sit, quam quae est subiecti et praedicati, si locos respiciamus, uti Terent. Eun. IV, 1. 7 „*tempus non erat ad eam rem*“, Liv. XXX, 4 „*Scipio ad comparanda ea tempus habuit*“ et si in mentem nobis revocemus, haud raro etiam enuntiata *finalia* particula *ut* instructa post *temporis* vocem inveniri. *Tempus* est subiectum et infinitivus primam suam dativi eiusque finalis dativi vim exhibet. Quam ob rem *tempus est abire* non cum Meiringio (§ 869) aliisque „es ist an der Zeit wegzugehen“ converterim, sed „Zeit ist es wegzugehen“²⁰).

Ceterum vix monere opus est, apud Vergilium *tempus est* saepissime cum infinitivo constructum reperiri. Georg. I, 212:

Nec non et lini segetem et Cereale papaver
Tempus humo tegere et iamdudum incumbere aratri.

ibd. II, 542: *Et iam tempus equum fumantia solvere colla.*

ibd. VI, 283: *Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri
„Pandere,*

Aen. VI, 45: *poscere fata tempus,* cuius loci sensum et grammaticam vim quamquam Forbiger bene reddidit verbis „i. e. ad poscenda fata“ additis, tamen a se ipso quodammodo dissidens ad illam prorsus contrariam

²⁰⁾ illud ipsum *wegzugehen* et *weggehen* etiam est casus finalis, cf. Jolly, p. 160 sq.

constructionis explicationem, quam ad Georg. I, 305 copiosius adumbravit, nos revocat.

Aen. X, 441: *tempus desistere pugnae* ibd. X, 512: *tempus versis succurrere Teucris*, ibd. IX, 12 *nunc tempus equos, nunc poscere currus*.

Restat unus locus Aen. V, 638, quo constructionem acc. c. inf. agnoscit. Locus enim hic est: „*Iam tempus agi res.*“ Cf. Cic. Att. IV, 6: *Sed iam tempus est me ipsum a me amari, quando ab aliis nullo modo possum.* Id. Tusc. I, 41, Nep. Datam. 11. Forbiger cum hunc Vergili locum interpretabatur verbis „*iam opportuna adest occasio rei gerendae*“ et tamen ad ea nos revocet, quae ad Georg. I, 305 adnotat, rem magis confundisse videtur quam explicasse.

Maximam horum nominum substantivorum partem Vergilius quamquam ita construit, ut ea gerundii²¹⁾ quoque genetivus consequatur, infinitivi tamen constructionem longe praetulit; quod quidem iam inde patet, quod amplius quadraginta loci apud eum reperiuntur, quibus infinitivus, vix viginti quibus gerundii genetivus obversatur usurpatus. Cuius rei causa in hoc positus est, quod Vergilius uti poetae fere omnes, ii praesertim, quorum carminum materia ex pristina antiquitate hausta est, et alias saepissime formis sive flexionibus et constructionibus syntacticis antiquioribus imprimis infinitivis usurpandis, quorum natura acri quadam gravitate ac vi stricta emineat²²⁾, carminibus suis non solum antiquitatis ipsius verum etiam gravitatis cuiusdam simplicis quasi notam imprimere voluit. Quo in loco mentionem mihi incire liceat, Horatium hunc post substantiva nomina infinitivi usum rarissime — nam vix tria vel quattuor exstant exempla — adhibuisse. Ceterum quod intersit inter utramque constructionem, res est nota. Gerundii genetivus vocis illius, inter utramque constructionem, sensum per se mancum ita compleat, ut ambo unam efficiant notionem. Aen. I, 63 *studio visendi* (Schaulust), Georg V, 177 *amor habendi* (Habsucht), Aen. IX, 63 *rabies edendi* (Fressgier) etc. Infinitivus autem ubi cum eisdem nominibus substantivis coniunctus reperitur, nullo modo nisi

²¹⁾ De gerundiis lat. cf. G. Curtius, Grundzüge, p. 612 sq. (ed. IV.), Jolly, p. 198.

²²⁾ Cf. Jolly p. 172: „Im Wesen der alten casusartigen Infinitive liegt das Markige Sinnesschwere, Knappe, daher sie denn auch in der Dichtersprache . . . so beliebt sind.“ quod pertinet ad Vergilius antiquioris sermonis imitationem, cf. Goetze de productione syll. suppletoria l. l. in Curt. stud. I, 2, p. 144 sq.

ex primigenia dativi natura explicandus est²³⁾. Quae dativi vis infinitivi ex substantivis apti in plurimis Vergilianorum exemplorum, quae adhuc enumerata sunt, perspicua est et manifesta. Quod enim Aen. VI, 45 legitur *poscere fata tempus* (scil. est) ita est explicandum, ut infinitivus *poscere* pendeat a *tempus est*, quasi reponsum sit interrogacioni pro quanam re? vel ad quid, ad quamnam rem *tempus est*? Quam ob rem qui *poscere fata tempus est* verbis „*ad poscenda fata*“ interpretatur, recte interpretatur, quia infinitivi et substantivi illius talis est ratio, ut infinitivo finis denotetur, ad quem notiones substantivis expressae pertinent. Cf. Aen. IX, 484: *Adfari data copia matri*, infinitivo indicatur ad quamnam, rem matri copia data sit, Aen. I, 520 autem „*Coram data copia fandi*“ copia fandi unam notionem exprimit, velut si interrogemus, „*quae, qualis copia data est?*“ Eadem est ratio ceterorum nominum substantivorum, de quibus antea disputavi: *Animus enim, studium, cura, labor, cupidio, virtus est* cet., si cum infinitivo construuntur, animi agitationem et motum conversum esse indicant ad aliquam actionem; qui finis, ad quem illud studium spectat, infinitivo exprimitur. Itaque infinitivus simili fere munere fungi videtur ac gerundii dativus vel accusativus praepositione *ad* instructus. Cf. Aen. IV, 290. Genetivus gerundii cum hisce substantivis apud Vergilium invenitur:

Tempus. Georg. I, 253: *tempusque serendi.* Aen. IV, 293: *fandi tempora;* ibd. VII, 511: *tempus dea nacta nocendi.*

Finis. Aen. V, 384: *finis standi*, VI, 76: *Finem dedit ore loquendi.*

Via. Georg. I, 121: *ipse colendi Haud facilem esse viam voluit.*

Copia. Aen. I, 520: *Coram data copia fandi;* alia significatio. Aen. XI, 378: *semper tibi copia fandi* (Redefülle).

Penuria. Aen. VII, 112: *penuria edendi*²⁴⁾.

²³⁾ Cf. eandem constructionem in linguis slavicis, cuius exempla Miklosich exhibet p. 856 multa: *vlastъ* (poteas), *palaeosl. marc.* 2, 10: *vlastъ imatsь otspuščati gréhy* (potestatem habere remittendi peccata); *žedostъ* cupidio, *moćstъ* potentia; *nazda* necessitas; *pravo ius*; *sila vis* etc.

²⁴⁾ Ladew. ad h. l. adnotat: „*penuria edendi* ist dasselbe was Lucr. V, 1007 durch *penuria cibī* u. Horat. Sat. I, 1, 98 durch *penuria victus* ausdrückt; *edendi* ist part. fut. pass.“ Ladewico assentitur Forbiger; minus recte ut equidem puto, nam participiorum futuri passivi talis substantivus usus, ut *edendum* idem sit ac *cibus*, a Latini sermonis consuetudine prorsus abhorret. *Penuria* vox, a graeco πένεια vix remota (cf. Curtius, Grundz. p. 272) *desiderium* hoc loco denotare videtur; itaque a Coningtone recte Aen. VIII, 184 *amor edendi* allatum puto. Carendi enim significatio haud procul a *desiderandi* significazione abest. Cf. *egere, indigere* al. Ct. Hor. ar. poet. 154, Sat. I, 10, 11 etc.

Modus. Georg. IV, 137: *modus orandi qui sit.*

Ars. Aen. VII, 338: *Mille nocendi artes.*

Signum. Aen. V, 590: *signa sequendi.*

Usus. Aen. XII, 896: *usum medendi.*

Spes. Georg. II, 137: *patriam antiquam spes ulla videndi.*

Causa, quae vox cum infinitivo constructa apud Vergilium uno modo loco obvenit, alias semper cum gerundii gen. Aen. VI, 487: *veniendi discere causas;* ibd. I, 414: *veniendi poscere causas;* ibd. IV, 51: *causasque innecte morandi.*

Cupido. Georg. I, 37: *Nec tibi regnandi veniat tam dira cupidus.*

Amor. Georg. IV, 177: *innatus apes amor uruet habendi;* Aen. VIII, 327: *Et belli rabies et amor successit habendi;* ibd. VIII, 184: *et amor compressus edendi.*

Rabies. Aen. IX, 63: *rabies edendi.*

Studium. Georg. I, 387: *studio lavandi;* Aen. I, 63: *studio videndi.*

Cura. Georg. IV, 118: *cura colendi²⁵.*

Gloria. Georg. IV, 205: *Tantus amor florum et generandi gloria mellis* (Ruhmbegierde Honig zu erzeugen).

Auctor. Aen. XII, 159: *Auctor ego audendi.*

Factor. Aen. IX, 602: *fandi factor Ulixes.*

II. DE INFINITIVO EX ADJECTIVIS NOMINIBUS APTO.

Uti post substantiva ita post adiectiva quoque nomina infinitivi usus apud Vergilium saepissime liberior, quam apud pedestres scriptores fieri solet, ac solutior est. Quod vero infinitivum ex substantivis aptum explicantes diximus, varias ac prorsus diversas esse eius rationes, idem de infinitivo ex adjectivis apto non eodem modo statuendum est. Nam omnes fere viri grammatici uno quasi ore inter se consentiunt, Romanorum scriptores in hoc liberiore infinitivi ex adjectivis pendentis usu Graecos esse imitatos¹). Apud

¹⁾ cod. γ, Quamquam colenti exhibet „fortasse melius“ Ribb.

²⁾ Cf. Reisig p. 782: „Um aber einen Zweck auszudrücken, wird nie ein Infinitiv gebraucht, wohl aber, um das Resultat einer Handlung darzustellen, wiewohl doch nur in Constructionen, die vom Griechischen abgeleitet sind und zuerst bei Dichtern, vorzüglich in Verbindung mit Adjectiven, z. B. *nobilis evchere*, aus-

antiquiores enim Romanorum scriptores hunc infinitivi usum nondum tam late patuisse quam postea apud aureae quae dicitur aetatis poetas, unusquisque sibi facile persuadere poterit, qui illam ut ita dicam sterilitatem exemplorum, quae Holtze p. 43 ex priscis Romanorum scriptoribus attulit, cum ubertate ac copia infinitivorum ex adiectivis pendentium comparaverit, quae apud Küblerum e posteriorum poetarum operibus enumerata sunt²). Quod si reputemus et Graecos infinitivis ex adiectivis nominibus aptissime ac liberrime usos esse³) si addamus, Romanosque omnino Graecarum litterarum fuisse imitatores, nemini sane mirum videbitur, quod Kübler suam, cuius iam antea p. 34 mentionem feci, commentationem ad hunc exitum perduxit: „His ita explicatis ut eorum quae disputavi summam faciam, probasse mihi videor, rationem infinitivi apud antiquiores quidem Romanorum poetas ex adiectivis apti non abhorrire a consuetudine ac natura sermonis Latini, maiore autem licentia in eo genere posteriores inde ab Horatii maxime Vergiliique aetate usos esse. In qua re ita poetas illos versatos esse, demonstravi, ut verborum primum eorum, quibus subiici Latine infinitivus soleret, rationem sequerentur atque ad ea imprimis adiectiva infinitivos accommodarent, in quibus aut voluntatis aut potestatis efficiendi aliquid significatio esset; longius autem inde progressos, quum exornanda orationis illustrandaque studio ducti in adverbiorum locum adiectiva ssepe substituerent, ad haec ipsa infinitivos adiunxisse quibus notiones eorum definirent et circumscriberent, inventamque eam dicendi rationem ad Graecorum postremo consuetudinem conformasse.“ Haec Kübleri sententia neque nova neque ab omni parte accurata est. Quod enim vir doctus monet, poetas in usurpandis infinitivis ita versatos esse, ut verborum primum eorum, quibus subiici infinitivus soleret, rationem sequerentur atque ad ea imprimis adiectiva infinitivos accommodarent, in quibus voluntatis aut potestatis efficiendi aliquid significatio esset, idem iam dudum Haase adnotacione 601 ad

gezeichnet, so dass er erhebt etc.“ Quamquam Reisig minus prospere hoc ipsum exemplum elegit, nam Hor. carm. I, 1, 6, unde depromptum videtur exemplum, non *evchere* e Bentleyi conjectura, sed *evchit* legendum est. — Meiring §. 742, adnot. 5: „Bei Dichtern werden nach griechischer Weise auch Adjective mit dem Infinitiv verbunden, zunächst solche, die den obigen Verbis (§. 742) entsprechen, wie *nescius facere* (*nescio*), *cupidus*, *avidus* (*cupio*, *aveo*), aber auch andere.“ — Schultz §. 384, Anm. 1, Zumpt §. 597 et 598 ed. V. (postea deatit) etc.

³⁾ De infin. apud Romanos poetas a nominibus adiect. apto. Berolini 1861 (progr.).

⁴⁾ G. Curtius, Griech. Gramm. §. 562.

Reisigii paelectiones exposuit, ubi Reisigii graecissantem infinitivi ex adiectivis apti explicandi morem impugnavit. Eorum vero, quae sequntur Kübleri verborum „longius autem inde progressos quem exornandae orationis illustrandaeque studio ducti in adverbiorum locum adiectiva saepe substituerent, ad haec ipsa infinitivos adiunxisse, quibus notiones eorum definirent et circumscriberent, inventamque eam dicendi rationem ad Graecorum consuetudinem conformasse“, sunt quaedam, quae nobis probari non possunt. Quid enim ornatus habeant adiectiva nomina si praedicativa usurpantur — sic enim rectius dixerim quam quasi adverbia essent antiquiora „in adverbiorum locum adiectiva substituta esse“ — non intellego et quomodo hic praedicativus adiectivorum usus cum infinitivo cohaereat ex adiectivis apto, non satis in promptu est. Si enim causalis quidam nexus qui dicitur esset inter praedicativum adiectivorum usum et infinitivum ex adiectivis aptum, sane et prosae orationis scriptores infinitivum cum adiectivis coniungerent saepius. Praedicativus enim adiectivorum usus ab antiquissimis scriptoribus inde usque ad recentiores semper erat frequentissimus⁴⁾. Sed ne cavillemur res has parvulas, ad totius commentationis tenorem et summam, quam in hoc positam esse intelleximus, Romanos hanc ipsam dicendi rationem non quidem a Graecis omnino sumpsisse, sed solum ad eorum exemplaria usum huius infinitivi amplificasse, Wilhelm quoque⁵⁾ suam de hoc infinitivi usu sententiam accommodavit; minus recte ut equidem puto. Si enim ratio huius infinitivi a consuetudine ac natura sermonis Latini ipsius non abhorret, ut Kübler non modo concedit, verum etiam firmis ut opinor exemplis demonstrat, cur non eadem ipsa Latini sermonis vis, qua apud antiquiores poetas *occupatus*, *paratus*, *defessus*, *immemor*, quin etiam *aegrotus* (Plaut. Trin. v. 76)⁶⁾ cum infinitivo iuncta essent, postea quoque hunc a vernaculo non alienum usum amplificare atque augere poterat? Ut praeteream, in aliis quoque linguis⁷⁾ eundem infinitivi ex adiectivis nominibus pendentis usum sae-

⁴⁾ Cf. Draeger p. 324 sq.

⁵⁾ Apud Jollyum p. 188 adnot.

⁶⁾ Cf. Holtze p. 43, E. Herzog p. 20.

⁷⁾ Jolly p. 159. E slavicis linguis Miklosich p. 855 et 856 plurima congregisset exempla vel evidentissima, quae optimae haberi possunt analogiae Latinæ linguae: *gorazdъ* peritus; *go to vъ* paratus; *dлжнъ* obligatus, reus; *dобръ* bonus; *достатънъ* sufficiens; *достоинъ* dignus; *жедостивъ* cupidus; *късънъ* tardus; *лихъ* *заросъ*; *лъгъкъ* levis, facilis; *лѣнъ* piger; *лѣпъ* decens; *мощнъ* potens; *повинънъ* reus, obligatus; *потребнъ* necessarius; *правъдънъ* iustus; *радъ* promptus; *силенъ* potenter, citus, etc.

pissime obversari, nonne apud Romanos quoque id ipsum, quod adiectivis praepositione *ad* compositis (quae si cum substantiis nominibus iungantur, cum *dativo* vel *accusativo* praepositione *ad* instructo construi constat) infinitivus potissimum adiungitur⁸⁾, rationem quodammodo demonstrat, qua iam infinitivus ille ex adiectivis pendens explicandus sit? Sane non errabimus, si de hoc quoque infinitivi usu eandem defendemus sententiam, quam de infinitivo ex substantiis apto laudavimus, eam puto, infinitivi ex adiectivis apti usum non ex imitatione Graecorum ortum, sed ex ipsius dativi vi primaria uti progressum ita etiam amplificatum explicari debere.

Quod ad Vergilianum id genus infinitivi usum attinet, omnia fere exempla eiusmodi sunt, ut nihil obstet, quin ex infinitivi vi ac natura primigenia ipsa explicari possint. Etsi Vergilio infinitivus hic ex adiectivis qui pendet nominibus longe usitator est quam qui eum antecesserunt poetis, id tamen animo libentissimo concedimus, quod Kübler p. 12 Vergilio et Horatio comparatis statuit, apud Vergilium pauciora occurtere infinitivorum exempla ex adiectivis aptorum⁹⁾; nequaquam autem iis viri docti verbis assentiri possumus, quae p. 11 facit, apud Vergilium et Horatium tam longe iam patere infinitivorum ex adiectivis aptorum rationem, ut gerundio, supino in -u desinente, infinitivo promiscue usi sint. Quis enim sibi persuadere poterit, nullum discriminem esse inter Aen. IV, 564 *certa mori* et ibd. 554 *certus eundi?* quis concedit, idem esse Aen. III, 621 *nec visu facilis nec dictu affabilis ulli* atque Aen. VI, 49 *maiorque videri?* Interest sane inter has constructiones, ut nobis persuadebimus, cum de singulis locis disputabimus.

Iam videamus, e quibus adiectivis nominibus apud Vergilium pendeant infinitivi. Et primo quidem ea enumerare libet, quae quamquam sunt participia sua origine, adiectivorum tamen iam prorsus prae se ferunt naturam. Inter quae ante omnia afferendum est:

⁸⁾ Cf. Jahni adnot. apud Forbig. ad Verg. Ecl. V, 1: „Jahn. adnotat, sic etiam apud historicos Adiectivis *paratus*, *aptus*, *ferax* et similibus, praeterea autem apud pedestres scriptores non nisi Adiectivis cum praepositione *ad* compositis, infinitivum adiungi.“ Idem vir doctus Kritzium ad Sall. Jug. 46, 5; 49 3 et 52, 4 conferri iubet.

⁹⁾ Et sane summo iure id affirmat vir doctus. Ob eam enim ipsam causam omnia Horati opera perlegi, et poetam amplius quinquages adiectivis infinitivum subiecisse mihi persuasi.

Paratus. Quod iam Haase ad Reisigii paelect. adnot. 601 commoravit¹⁰⁾ apud optimos prosae orationis scriptores huic adiectivo infinitivum subici solere, exemplorum magno numero confirmari potest¹¹⁾; apud Vergilium quattuor locis cum infinitivo iunctum reperitur:

Ecl. VII, 5 *respondere parati*. Falso Forbiger ad h. l. adnotavit *responde*re *parati* positum esse pro *ad respondendum parati*. Sensus enim huius loci quamvis bene reddiderit, cum infinitivo idem fere exprimi dixit ac gerundii accusativo praepositione *ad* instructo, nullo tamen iure ideo ei dicere licuit infinitivum „positum esse pro gerundii accusativo c. *ad*⁴“. Infinitivus h. l. pristinam suam dativi eiusque finalis dativi naturam praestat. Eiusmodi solam rationem esse infinitivi et nominis adiectivi, cui subiectus sit infinitivus, inde iam colligi licet, quod adiectivum hoc praeter infinitivum tales modo exhibit constructiones, quae consilium vel finem indicant *ad* vel *in* c. accus. gerundii potissimum¹²⁾ vel quod rarius est, *dativum*¹³⁾. Quae infinitivi *paratus* voci subiecti vis clare atque aperte cognoscitur apud Verg. Aen. II, 61:

atque in utrumque paratus

Seu versare dolos seu certae occumbere morti.

ubi infinitivos *versare* et *occumbere* non nisi eadem vi usurpatos explicare potes, qua „*in utrumque*“ positum est.

Aen. V, 108 *pars et certare parati*, ibd. XII, 38 *sum adscire paratus*. Ut infinitivus, qui cum *paratus* coniungitur, explicandus est, ita quoque infinitivum voci *coniuratus* adjunctum explicabimus, qui Georg. I, 280 legitur: *Et coniuratos caelum rescindere fratres*. Quamquam huius vocis vis verbalis tanta est, ut exemplum hoc inter ea potius referamus, ubi de infinitivo e verbis pendente agemus.

Suetus. Aen. III, 541:

*Sed tamen idem olim curru succedere sueti
Quadrupedes et frena iugo concordia ferre.*

¹⁰⁾ Cf. verba eius „Bei manchen Adjectiven ist er sogar in der besten Prosa ganz gebräuchlich.“

¹¹⁾ Cf. Caes. b. g. I, 44 ibique Fr. Kranerum; id. ibd. II, 3 *et obsides dare et imperata facere par.*, III, 9; id. b. c. I, 7 *defendere*; Cic. Quinc. II, 8 *id facere*, Sal. Cat, 20, 15; Nep. Dat. 9, 4 etc. Cf. Krebs, op. cit. p. 822.

¹²⁾ Cf. Caes. b. c. I, 5 *ad pericula subeunda*, id. ibd. I, 41, II, 21 *parva quadam significatio differentia*, ut Döberenz ad Caes. b. g. I, 44 adnotat.

¹³⁾ Verg. Aen. II, 334, Ovid. Pont. II, 2, 17, Liv. XXIII, 6 *castris ponendis*.

Georg. III, 418: *Aut tecto adsuotus coluber succedere et umbrae . . . pecori que adspergere virus.*

Aen. VII, 805, 806: . . . non illa colo calathisive Minervae
Femineas adsueta manus, sed proelia virgo
Dura pati cursusque pedum paeverttere ventos.

Aen. V, 402, Aen. X, 364: *insuetos acies inferre pedestris*. Cum et *suescendi* (*adsuescendi*) verbum et adiectivum *suetus* et eius *composita* (*adsuetus*, *consuetus*, *desuetus*) praeter ablativum cum dativo haud raro et cum accusativo praepositione *ad* vel *in* ornato coniungantur eius rei, cui quis assuescit¹⁴⁾, infinitivus, qui eis subicitur, nihil habet insoliti, quod non ex primaria eius natura explicari possit. Quin etiam in optimo pedestri sermone reperitur infinitivus illi voci adjunctus. Cf. Cic. Tusc. II, 21, 49; Liv. IV, 31; V, 43; X, 35; XXIII, 40 cot.

Accedunt adiectiva nomina, quae facultatem quandam indicant.

Bonus. Ecl. V, 1:

Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo

Tu calamos inflare levis, ego dicere versus.

Bonus h. l. idem fere significare, quod *peritus*, recte interpretes commemorant. Quod Lad. ad hunc locum, ad Ecl. X, 32, ubi *peritus*, ad Georg. I, 284, ubi *felix*, ad Ecl. V, 54, ubi *dignus*, ad alios quosdam locos, quibus adiectivis adiectus est infinitivus, adnotat, Vergilium primum eis adiunxit infinitivum, id ita potius expicaverim, illa aetate, qua Vergilius fuisset, infinitivos ex adiectivis, quae supra enumeravi, aptos primum apud Romanos in usum venisse. Ceterum et Lad. et Forbiger infinitivi hanc constructionem eiusdem graecae constructionis imitationem esse putant. Cf. Forbig. ad Verg. Ecl. IV, 54 et Lad. ad Verg. Ecl. V, 1.

Immo vero quod de infinitivi ex adiectivis pendentis usu omnino disputavimus, idem de hoc adiectivo valet. Varie certe hanc vocem apud omnium fere aetatum scriptores Romanos construi nemini ignotum. Inter quas varias huius adiectivi constructiones quamvis quae in ablativo sine praepositione (rarius abl. c. *in*) rem ponit, cuius quis peritiam vel facultatem praestat, frequens sit, ex antiquiore tamen sermone nullum exemplum affertur¹⁵⁾. In quo

¹⁴⁾ Cf. Krebs, op. cit. sub *assuescere*, *consuescere*, *desuetus*, *insuetus*. Verg. Aen. V, 815. Herzog, p. 20.

¹⁵⁾ Klotzii lex. s. v. *bonus* l. 3, a.

quidem sermone antiquiore longe usitator alia constructionis ratio est, eam dico, quae dativum vel accusativum cum praep. *ad* illius rei praebet, ad quam aliquid aptum sit. Cf. Cato r. r. VI, 2 *bonus ager oletu conserundo*; id. ibd. 26; 157, 4 *optima est ad huius modi volnus*. Apud Varronem r. r. legitur I, 9, 1 *terra bona, non bona ad aliquam rem*. Cf. Liv. IX, 19 *Quis ad tolerandum laborem melior?* Quint. XII, 10, 49. Hinc ordiendum esse puto, si infinitivi constructionem, quam Vergilium uno tantummodo loco adhibuisse supra vidimus, recte explicare velimus. Itaque *bonus calamos inflare levis* ita est explicandum, ut infinitivum indicare statuamus, ad quamnam rem ingenium pastoris illius aptum sit, vel ut aliis utamur verbis, ad quid facultas eius pertineat. Eodem modo loci reliqui explicandi sunt, ubi alia adiectiva nomina facultatem quandam significantia cum infinitivo coniuncta obversantur.

Praestans. Aen. VI, 164: *quo non praestantior alter
Aere ciere viros Martemque accendere cantu.*

Peritus. Ecl. X, 32: *soli cantare perit
Arcades.*

Hoc adiectivum nomen cum genitivo, rarius cum ablativo eius rei construi, cuius quis peritus sit, vix opus est moneri. Infinitivum, quem Vergilius hoc loco exhibet non aliter quam supra demonstravi explicandum esse, iam inde apparere puto, quod constructio huius adiectivi cum accus. c. ad non prorsus abhorret a Latino sermone. Cic. de orat. I, 48, 112 quidem et Justin. 31, 2, 2, quae exempla vulgo afferuntur, reicienda sunt¹⁶⁾, e Cic. vero pro Font. XIX, 43¹⁷⁾ vel evidentissime elucet, rationem adiectivorum facultatem vel peritiam quandam indicantium et rerum ipsarum talem esse posse, ut res, ad quam facultas spectet, in accusativo praepositione ad instructo ponatur. Quae si diligenter attendetis, *profecti, iudices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem, domi vobis ac liberis vestris retinere quam inimicissimis populo Romano nationibus et crudelissimis tradere et condemnare maletis.*

¹⁹ Cf. Krebs, op. cit. p. 852.

¹¹ Ex editione R. Klotzii altera.

His adiectivis nominibus adseram:

Felix. Aen. IX, 772: *quo non felicior alter
Unguere tela manu ferrumque armare veneno.*

Georg. I, 284: *Septuma post decumam felix et ponere item
Et prensos domitare boves et licia telae
Addere; nona fugae melior, contraria furtis.*

Forbiger ad Aen. IX, 772 minus accurate *felicior* idem esse ac *peritior* et Georg. I, 284 *felix ponere pro idoneus ad ponendum* positum esse adnotat. *Felix* utroque loco sua qua alias poni assolet significatione usurpatum est hoc tantum discriminé interposito, quod ut multa alia et Graeci et Latini sermonis adiectiva altero loco passivam altero activam exhibet significatiōrem. Quod enim Aen. IX, 772 legitur *quo non felicior alter Unguere tela*, adiectivum *felix* passive usurpatum est „glücklich, vom Glücke begünstigt“ i. e. significat, nemini telorum unctionem tam prospere successe quam illi ipsi. Alter, quem e Georg. I, 284 hausimus, locus ut Aen. IX, 31 (*cuspicio*), Georg. I, 277 alii, activam prae se fert significationem „Glück bringend, Glück verheissend, günstig.“ Utroque autem loco infinitivus primigenia dativi vi explicandus est, indicat enim finem, ad quem felicitas ipsa refertur. Qui tertius Vergilii locus a R. Klotzio citatur (lex. sub voce *felix* 2, a) Aen. III, 321 sine ullo iure allatus est. Infinitivus enim *mori*, qui ibi legitur, non a *felix*, sed a voce *iussa* pendet.

Par. Ecl. VII, 5: *Et cantare pares.* Rem illam, qua quis *par* sit alteri, interdum in accusativo c. praep. *ad* poni e Liv. XXVI, 16 *homo par ad virtutem simil.* intellegimus; infinitivus ergo, qui huic voci subicitur, non e Graecae constructionis imitatione sed, quod haud dure fieri potest, ex sua met vi primaria explicetur velim.

Idem in reliquis adiectivis nominibus, quibuscum apud Vergilium infinitivus coniungitur, valet. Eiusmodi adiectiva sunt:

Nescius. Georg. II, 467: *nescia fallere*. Georg. IV, 470: *Nesciaque
humanis precibus mansuescere corda.*

Aen. XII. 527: *nescia vinci Pectora*

Aen. X. 501: *Nescia mens . . . servare modum rebus sublata secundis.*

Avidus. Aen. XII, 290: *avidus confundere foedus*.

Infinitivum, qui ex his similibusque adiectivis, quae a verbis derivantur, pendet, omnes fere viri grammatici propterea positum esse credunt, quod verba ipsa, a quibus ducta sint adiectiva, cum infinitivo construantur, neque affirmare dubitant, poetas talibus in primis adiectivis ante alia subiecisse infinitivum¹⁸⁾. Cum qua virorum doctorum sententia id iam pugnat, quod si exempla omnia, quae summa cum diligentia concessit Kübler, disquiramus, longe maximum esse numerum talium adiectivorum cum infinitivo constructorum videbimus, quae a verbis non ducta sint. Quod autem dicunt, inter adiectiva illa et infinitivos ex eis pendentes esse quandam genetivi rationem (Genetivverhältniss)¹⁹⁾, probare non possum. Quae si eorum ratio esset, scire me nego, cur constructio cum genetivo gerundii nonnullis id genus adiectivis prorsus inusitata sit aut demum apud posteriores scriptores frequentior obveniat. Ita ut unum modo exemplum adferam, *nescius* ante Tacitum cum gerundii genetivo non invenitur. Tum alia quoque res mea quidem opinione haud spernendi est momenti. Apud Terentium enim *avidus* praeter genetivum (ut Eun. 5. 4. 16 *cibi*) cum accusativo reperitur constructum c. praepositione *ad* Eun. 1. 2. 51 „*ad rem avidior.*“ Talem huius adiectivi et rei ipsius rationem apud posteriores quoque scriptores non esse inusitatam, inde cognosci potest, quod Livius saepissime hoc adiectivum cum accusativo praepositione *in* vel *ad* instructo coniungit. Cf. Liv. IV, 54, 4 *avidissimo ad ea populo.* VII, 23, 6 *avidi ad pugnam.* V, 20, 6 *avidissimas in direptiones manus.* XXII, 21, 2 Cf. Weissenborn ad h. l. Tacit. hist. II, 56. Ex his locis sine dubio appetit infinitivum, qui talibus adiectivis saepius subiciatur, non nisi sua vi ac natura explicandum esse.

Dignus. Ecl. V, 54: *Et puer ipse fuit cantari dignus.* ibd. V, 89: *et erat tum dignus amari.* Georg. III, 391: *si credere dignum est.* Aen. VI, 173. Nemini sane ignotum est, adiectiva *dignus* *indignus* apud veterinos iam scriptores ita construi, ut illud, quo quis dignus sit, si verbo denotetur, coniunctivo enuntiati relativi aut particula *ut* c. *comiectivo* exprimitur. Cf. Plaut. Mil. IV, 4, 1: *Non sum dignus pre te, ut figam palum in parietem.* Rud. II, 6, 38, Pseud. II, 2, 17: *dignus qui liber sies.* Liv. XXII, 59 17: *indigni ut redimeremur.* id. XXIII, 42, 13, XXIV, 16. 19 Quint. VIII, 5, 12.

¹⁸⁾ Cf. Haase ad Reisigii prael. adn. 601; Meiring §. 742, not. 5, Kübler op. cit. p. 42.

¹⁹⁾ Cf. Ferd. Schultz lat. Gramm. §. 384, not. 1. Zumpt §. 598.

XII, 11, 14 etc. Quod si respicio et constructionem illam coniunctivi enuntiati relativi fere solam esse usitatam in optima prosa oratione²⁰⁾ si considero, vix affirmare cunctor, significationem finalem, quae eiusmodi enuntiatis insit, etiam ad hunc infinitivum explicandum transferendam esse, vel quod idem est, infinitivum huic quoque adiectivo subiectum e primaria dativi (eiusque finalis) vi explicari oportere. In exemplo, quod postremum attuli, *si credere dignum est* noli *credere* pro subiecto, *dignum* pro praedicato habere, sed e rerum contextu subiectum supple *id* = wenn es würdig ist zu glauben (glaubwürdig). Quod Kübler affert exemplum Verg. Aen. XI, 736, ubi *segnis* legitur, sine iure allatum est, non quidem quo id adiectivum cum infinitivo construi non possit (cf. Hor. od. III, 21, 22, alias locos, quos Forbiger ad Verg. Aen. XI, 736 enumerat), sed quod cum optimis codicibus Mybch (cf. Ribbeckum ad h. l.) et Servio v. 738 imperativus *Exspectate* legendus est. Cf. Forb. ad h. l. qui in quarta editione infinitivi loco, quem antea amplexus erat, recte imperativum supposuit.

Magnus Aen. VI, 49: *maiorque videri.* Recte Wagner Quaest. XXX, p. 521 *videri* non infinitivum absolutum esse, sed a voce *magnus* pendere putat ut *niveus videri* apud Hor. Od. IV, 2, 59, *lubricus adspici* ibd. I, 19, 7; eum Ladew., Forbiger, Kübler, alii non sine iure secuti sunt.

Certus Aen. IV, 564: *certa mori.* Adiectivum *certus* origine sua est participium perf. pass. *cernendi* verbi²¹⁾ et idem significat ac germanicum *entschieden, entslossen zu etwas;* infinitivi ergo vis primigenia in hac quoque iunctura evidens est atque clara. Ita quoque constructio explicanda est, ubi *certum est* cum infinitivo coniungitur, ut Aen. III, 686 *certum est dare linteum retro* et Aen. IX, 153 *Luce, palam, certum est circumdare muros;* nam *certum est* idem valet, quam germ. quod reddas verbis: Es ist der feste Entschluss gefasst worden zu ...

Idem adiectivum nomen cum Aen. IV, 554 cum gerundii genetivo constructum sit, Kübler, uti iam supra exposui, Vergilium gerundio et infinitivo post adiectiva nonnulla promiscue usum esse contendit. Quod qui-

²⁰⁾ Haec constructio apud Verg. uno tantum loco reperitur Aen. VII, 654; cum supino coniunctum Aen. IX, 395.

²¹⁾ Cf. Corssen, Aussprache etc. I, p. 474, id. krit. Beitr. 81; Curtius Grundz. p. 155.

dem non unus Kübler affirmavit; in eundem errorem, ut alios²²⁾ silentio præteream, Forbiger incidit, cum nullis aliis verbis additis ad Aen. IV, 554 adnotet: „certus eundi constructione poetis satis usitata, cuius etiam apud posteriores pedestris orationis scriptores exempla inveniuntur. Saepius cum infinitivo construitur.“ Prorsus false, ut mea quidem opinio fert, id viri docti affirmant. Si enim apud Vergilium infinitivus tam late pateret, ut promiscue cum gerundii genetivo usurparetur, sane genetivus gerundii ex adiectivis aptus non tam rarus esset; nam praeter hunc ipsum locum, de quo nunc agimus, unum modo tale exemplum exstat (Aen. X, 225 *fandi doctissima*).

Gerundii genetivum ex adiectivis nominibus pendentem si explicare volamus, eandem rationem adhibere debemus, quam in explicando gerundii genetivo ex substantiis apto secuti sumus. Ut enim gerundii genetivus ad substantivi nominis significationem accommodatur eamque ad unius quasi vocis significationem compleat, non aliter ad adiectivum gerundii genetivus se applicat, ita ut utraque vox unam quodammodo notionem efficiat. *Certandi, bel-landi, imperandi, etc.* *cupidus streit — herrschüchtig*; Aen. X, 225: *fandi doctissima* germanice optime reddideris *redegewandt*. Itaque *certus eundi* non idem est quod *certa mori*, hoc enim significare intelleximus zu sterben *entschlossen*, illud autem fere idem est atque *certe sciens se profecturum esse* (der Reise sicher, über die Reise sicher). Cf. Tac. Ann. IV, 34 *relinquendae vitae certus* quod falso convertit Nipperdey *entschlossen zu sterben*, convertendum est *seines Todes sicher, sich dessen wohl bewusst (gewiss, überzeugt), dass er sein Leben verlieren werde*. id. Ibid. I, 27 *exilii*, I, 12, 3 *matrimonii*. etc.

Aeneas quamquam bene sciebat obtemperandum sibi esse iussui divino et Africam reliquendam (cf. v. 287 sq), tamen Didonis dictis (304—330 et 365—387) consilio suo labefactus esse videtur. Cf. 390: *Linquens multa metu cunctaniem et multa parantem Dicere* et 395: *Multa gemens magnoque ani-
mum labefactus amore, neque, sic consilium proficisciendi certum ac firmum fuisse,* iterum iterumque monere eum opus fuisse, ut iter acceleraret (Cf. 556 sq); quam ob rem *certus eundi* si germanice reddas fest *entschlossen zu reisen*,

²²⁾ Klotz lex. s. v. *certus* II, 1, Nipperdey ad Tac. Ann. XII, 66: „certus mit dem Genitiv eines Substantivs, des Gerundiums oder Gerundivs und dem Infinitiv öfter bei Ta-
citus *entschlossen zu etwas*. Er ist hierin der Dichtersprache gefolgt.“ Sequuntur haec eis
deut Vergili exempla Aen. IV, 554, 564.

ad totius loci naturam et Aeneae ipsius indolem sane instabilem et incertam minus apte convenire in promptu est.

Haec quidem de infinitivo e nominibus adiectivis apto. Cuius pertracta-
tioni ne quid deesse videatur, paucis mihi supini in -u desinentis usum Ver-
gilianum, quantum ab adiectivis pendet, absolvere liceat²³⁾.

Ex iis supinis in -u cadentibus, quae in prosa oratione vulgo usurpan-
tur, Vergilio usitatissima haec sunt:

Dictu. Georg. III, 275, IV, 554, Aen. I, 439, II, 174, 681, III, 26,
365, 621, IV, 182, 454, VII, 64.

Visu. Aen. I, 111, III, 621, VI, 277, VII, 78, X, 639, XII, 252.

Fatu. Aen. XII, 25, relatu Aen. IX, 595. Pedestribus scriptoribus mi-
nus usitata sunt: tactu Georg. III, 416, Aen. II, 683, victu Aen. I, 445, VIII, 318.

Adiectiva autem, quibuscum apud Vergilium supina in -u construuntur,
haec sunt:

Mirabilis. Georg. III, 275, IV, 554, Aen. I, 439, II, 174, 681, III,
26, IV, 182, VII, 64: *mirabile dictu*; Aen. VII, 78, X, 637, XII, 252: *mirabile visu*.

Terribilis. Aen. VI, 277: *terribilis visu*.

Horrendus. Aen. IX, 52: *horrendus visu*, Aen. IV, 454: *horrendum dictu*.

Miserabilis. Aen. I, 111: *miserabile visu*.

Malus. Georg. III, 416: *mala tactu vipera*.

Innoxius. Aen. II, 683: *tactu innoxia*.

Facilis. Aen. I, 445: *facilem victu*; Aen. III, 621: *visu facilis nec
dictu affibilis ulli*.

Asper. Aen. VIII, 318: *asper victu*.

Mollis. Aen. XII, 25: *haud mollia fatu*.

Dignus. Aen. IX, 395: *digna atque indigna relatu*.

Nefas. Aen. III, 365: *nefas dictu*.

²³⁾ De huius supini vi ac natura cf. E. Herzog p. 21 et 22, Jolly p. 200—202.

magna sit in explicandis singulis rebus dissensio inter viros doctos, tamen quae est omnium quasi ex uno ore consensio, plurima exhibet prorsus vetusta et a posteriore usu discrepantia.

Haec praefatus statim me ad Vergilium ipsum conferam. Et hic quidem ante omnia monendum, infinitivo haud raro consilium indicari. Cf. Aen. XII, 344:

quos... paribusque ornaverat armis

Vel conferre manum, vel equo praevertere ventos,
ubi in prosa oratione *ut c. coni. adhibendum erat = ut conferrent manum etc.*

Aen. II, 451: *Instaurati animi regis succurrere tectis*

Auxilioque levare viros vimque addere victis.

Georg. III, 46: *Mox tamen ardantis accingar dicere pugnas*

Caesaris.

Aen. IX, 186 cet. Quod quidem neque ut nonnulli volunt ex Graecorum imitatione, neque quae est aliorum de hac re sententia, per licentiam quam vocant poeticam, sed ut iam in singulis explanandis exemplis intellegemus, ex infinitivi primigenia natura ipsa, cuius vim, etsi iam debilitata esset, tamen non prorsus evanuisse concedendum est, explicetur oportet.

Enarrantibus nobis hunc infinitivi usum primum illum proferre libet infinitivum, qui verba motum significantia sequitur.

Aen. I, 527: *Non nos aut ferro Libycos populare Penatis*

Venimus aut raptas ad litora vertere praedas.

Forbiger ad h. l. haec adnotat: „de constructione *venimus popolare*, quae Graecorum usum imitatur, ex quo verbis consilium significantibus simplicissima ratione Infinitivus adiungitur, vid. adnot. ad Ecl. IV, 54 et Georg. I, 180. Imprimis verba *eundi*, *veniendi* et *mittendi* ita construi solent“; sequuntur exempla quaedam e Plauto, Terentio, Livio deprompta. Ut omittamus, falsam esse illam adnotationis partem, qua de verbis loquitur „consilium indicantibus, quibus infinitivus adiungitur“ — nam non verba, quibus infinitivus adiungitur, consilium indicant, sed infinitivus ipse —, et cum Ecl. IV, 54 et Georg. I, 280 de infinitivo ex adiectivis apto agatur, minus accurate hoc nostro loco ad illas provocasse analogias, errat vir doctus, quod constructionem hanc ex eiusdem graecae constructionis imitatione ortam esse putat. Constat enim satis superque, infinitivum post verba motum significantia non

CAPUT III.

DE INFINITIVI E VERBIS PENDENTIS USU.

Haud copiose explicari opus est, infinitivi e verbis pendentis usum in priscae latinitatis monumentis tam varium tamque diversum nobis obversari, ut ab illo, quem posterioris aetatis scriptores amplexi sunt, satis dissentiat. Quod sane quisque concedet, qui modo exempla, quae Holtze¹⁾ synt. prisc. script. lat. II, p. 31—41 et Merguet apud Jollyum, op. c. p. 186 e priscorum scriptorum, E. Walder comm. cit. pag. 15—38 e Plauti operibus congregavit, cum illis comparaverit locis, qui classicae quae dicitur aetatis scriptorum partim in lexicis copiosioribus²⁾ partim in editionibus annotationibus instructis suo loco enumerantur. Ita ut exempla nonnulla profaram, infinitivus post verba causativa apud Plautum³⁾ est usitatissimus, apud Ciceronem rarissimus; post illa saltem verba, quae adhuc tractata sunt in Mergueti lexico Ciceronis orationum nullum notatum est exemplum. His non sine iure addiderim, apud priscos scriptores satis frequentes esse locos, quibus infinitivo finis vel consilium exprimatur; quod a posteriorum scriptorum dicendi ratione prorsus fere abhorret; neque difficile esse puto alias quoque res afferre posse, quibus utriusque sermonis infinitivi usus differat. Sed discrimen tamen aliquod statuendum est. Poetae enim cum omnino vespertioris sermonis proprietatum amantes sint, ad infinitivi quoque usum quod attinet satis multis asperserunt opera sua, quae a pedestriū eiusdem aetatis scriptorum more aliena, cum priscis scriptoribus communia sunt. Inter haec communia infinitivus, qui post verba ponitur, referendus est; qui, quamvis

¹⁾ Klotz, Forcellini, Krebs, Antibarb., H. Merguet, Lexicon zu den Reden des Cicero, Jena 1875 sq.

²⁾ E. Walder, op. cit. p. 16. sq.

solum in recentioribus linguis germanica³⁾ imprimis, romanensibus⁴⁾, slavicis⁵⁾, verum etiam in omnibus fere indoeuropaeis quae vocantur linguis vetustioribus⁶⁾ saepissime ita usurpari, ut eo consilium indicetur. Quod si reputaverimus, eorum sententiam, qui hunc infinitivi usum Latinum ex Graecorum imitatione explicant, reiciemus, aliamque quaeremus eius explicandi rationem. Quae quidem in eo posita est, ut primariam eius vim, quam dativi esse cognovimus, quasi fundamentum amplectamur, ex quo haec eius significatio emanaverit. Eodem modo explicandum est Georg. I, 139:

Tum laqueis captare feras et fallere visco

Inventum.

Vulgo infinitivus subiectum habetur, et *inventum* praedicatum. Quamquam nullum sane dubium est, quin *inveniendi* verbum in vetustis iam monumentis transitivum sit, illi tamen explicationi, quam supra attigimus, etymum ipsius verbi (*in+ven+ire*) repugnat. *Invenire* enim *aliquid* initio nihil aliud est quam *venire in aliquid* = auf etwas kommen, tum sensu metaphorico = etwas erfinden. Itaque *captare feras inventum* apte reddideris verbis *tum in ferarum captationem ventum est*.

Ceterum post verba motum significantia apud posteriores scriptores solitae praesertim orationis supinum in -um⁷⁾, alias nonnullas constructiones adhiberi solere, nemini ignotum est. Vergilius quoque supinum interdum applicavit hisce locis: Georg. IV, 448 *Venimus hinc lassis quae situm oracula*. Aen. II, 786 *servitum matribus ibo*. Post *agendi* verbum Ecl. IX, 24 *pasce capellas Et potum pastas age*, quin etiam sensu longe liberiore quam in prosa oratione concessum est, Aen. IX, 240:

si fortuna permittitis uti

Quae situm Aenean et moenia Pallantea⁸⁾.

Pergere. Aen. XII, 586: *pergunt defendere muros*. Minus recte Lad. hunc locum explicat his verbis: „nämlich jetzt mit den Waffen, wie früher mit dem Entschlusse dazu.“ Nam quomodo quis *consilio* (mit dem Ent-

³⁾ Jolly, op. cit. 186.

⁴⁾ Diez, op. cit. III, p. 229.

⁵⁾ Miklosich, p. 874 in. et p. 853.

⁶⁾ Bopp, Vergl. Gramm. III, p. 292, Jolly, p. 161.

⁷⁾ quod nihil aliud est quam accusativus nominis actionis suffixo -tu formati. Cf. Schleicher, Comp. §. 227; E. Herzog, p. 5; Jolly, p. 81.

⁸⁾ de hoc exemplo cf. E. Herzog, p. 6.

schlusse) *muros*, ergo notione abstracta rem concreta defendere possit, intelligere nequeo. In errorem hunc vir doctus propterea incidisse videtur, quod *pergendi* verbum vulgari ac cotitiana *perseverandi* vel *continuandi* significatione, quae etiam Aen. VI, 198 reperitur (*quo tendere pergent*), usurpatum esse putat; quae quidem significatio, cum illi *muros* adhuc non defendent, a rerum contextu huius loci prorsus abhorret. Ut enim alias saepissime *pergere* eodem sensu dicitur, quo *ire, proficisci*⁹⁾, ita hoc quoque loco *pergunt defendere muros* idem est, quod germanicum: „sie machen sich auf, sie schreiten zur Vertheidigung der Mauern.“

Adgredi. Aen. II, 165: *Fatale adgressi sacroato avellere templo Palladium.*

Aen. VI, 583: *qui manibus magnum rescindere caelum*

Adgressi superispue Jovem detrudere regnis.

Utroque quidem loco *adgrediendi* verbum sensu translato idem fere significat, quod *suscipere, conari, nihilominus si* etymum eius *ad+grad (=gardh)¹⁰⁾ respiciamus, infinitivos ex eo pendentes vix alter explicare poterimus, quam ex dativi eorum primaria vi. Ceterum hoc verbum aptissime nos ad reliqua huius modi verba traducet, quae initio motionis pae se tulisse significacionem, annorum serie eam vel obliterasse vel prorsus amisisse videntur.*

Adoriri¹¹⁾. Aen. VI, 397: *deducere adorti = sie erhoben sich, machten sich an das Herunterziehen, deinde unternehmen, sich unterfangen.*

Festinare. Geor. IV, 117: *festinem advertere proram.*

Properare. Aen. IV, 310: *properas ire*, Georg. I, 224: *properes anni spem credere terrae*, ibd. II, 481: *Quid tantum Oceano properent se tinguere soles Hiberni*. Eundem versum legimus Aen. I, 745.

Trepidare. Aen. IX, 114 *Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.*

Cf. Hor. carm. II, 4, 34: *cuius octavum trepidavit aetas claudere lustrum. De*

⁹⁾ Cf. Plaut. Asin. I, 3, 92 *ad forum p., Caes. bell. gall. III, 18 ad castra, Sal. Jug. 45 domum*, alia apud Klotzium lex. sub h. v.; quae significatio clarius adhuc apparebit, si locos comparaveris, ubi *supinum in -um* desinens invenitur. Plaut. Mil. 742 (Lorenz) *opsonatum pergam* cf. Lorenz ad h. l.

¹⁰⁾ Cf. Corssen, Ausspr. etc. I, 209, Vaniček, Etym. Wörterb. p. 52; slav. grēd (inf. grēsti); (*aus-) schreiten, gehen.*

¹¹⁾ *or-ior* sich erheben, aufsteigen, cf. Aug. Fick, Vergl. Wörterb. der indog. Sp. ed. alt. p. 13. sub *ar*, 1. Curtius, Grundz. p. 348.

primaria significatione huius verbi, quae est *festinandi* cf. Corssen, krit. Nachtr. p. 72 et Vaniček, etym. Wörterb. p. 68 s. *trap*.

*Insequi*¹²⁾. Aen. III, 31: *Rursus et alterius lentum convellerē vimen*
Insequor et causas penitus temptare latentis.

Simili modo infinitivus hisce adiungitur verbis:

Instare: Aen. X, 118: *Interea Rutuli portis circum moenia instant*
Sternere caede viros et moenia cingere flammis.

Aen. II, 627: *Cum ferro accisam (scil. ornum) crebrisque bipennibus instant*
Eruere agricolae certatim.

Incumbere. Georg. IV, 249: *hoc acerius omnes*

Incubent generū lapsi sarcire ruinas.

Utriusque verbi natura talis est, cui dativus subiungatur ita ut nihil obstet, quin infinitivorum iis suppositorum vis primigenia plane perspici possit. Idem dici potest de Georg. III, 123: *Inpendunt distendere*, quod idem valet atque *in eum distendendum*, ut Forbiger probe animadvertis.

*Tendere*¹³⁾ sensu mediali ut Aen. V, 670 *quo nunc, quo tenditis?*

Hor. carm. III, 3, 70: *quo tendis?*

Aen. II, 220 *tendit manibus divellere nodos*. V, 155: *locum tendunt superare priorem*. Aen. X, 354: *Expellere tendunt*. Ut ex etymo huius verbi apparet, *tendere* idem primum significat, quod graec. τίνειν, germ. *dehnen* (palaeogerm. *den-jan*), deinde sensu neutro: *sich dehnen*, *sich wohin richten*, *gehen*, *eilen*: Cf. Verg. Aen. II, 321 *ad limina t. tum* metaphorice *strebēn*, quo sensu quoque saepissime c. accusativo constructur c. *ad* cf. Ter. Eun. IV, 1, 12 *ad iurgium* Cic. div. II, 2, 4 *ad reliqua ala-cri tendebamus animo* etc. Quod si reputamus, infinitivus sine ulla diffi- cultate explicari potest.

Contendere. Aen. I, 157 sq.: *Defessi Aeneadae.... contendunt petere.*

Constructio acc. c. infin. legitur Aen. I, 17: *hoc regnum dea gentibus esse.... iam tum tenditque foveatque*, ubi in prosa oratione enuntiatum finale c. *ut* ponendum erat.

¹²⁾ Cf. Fick, op. cit. p. 192, sub *sak* et Curtius, Grundz. p. 453.

¹³⁾ *ta*, *ta-n* dehnen, cf. Fick, p. 76, sub *tan*. 1, Curt. Grundz. p. 216.

Eadem radice (*ta, tan*) derivatum est verbum intensivum *temptare*; cum infinitivo reperitur Aen. I, 721: *Et vivo temptat praevertere amore.. animos.* ibd. III, 241; XII, 104.

Obniti. Georg. IV, 84: *usque adeo obnixi non cedere.*

*Accingi*¹⁴⁾. Georg. III, 46 *accingar dicere pugnas Caesaris.*

Certare. Ecl. V, 9 *certet superare*. Georg. II, 99; Aen. II, 64: *certantque in ludere capto.* ibd. IV, 443; V, 194; VI, 178; IX, 519, 532, 559; X, 130 et 131.

Luctari Aen. XII, 387: *luctatur.... telum cripere.*

His verbis aptissime mihi adserere posse videor ea vrba causativa, quae initio motionem quandam indicant; talia sunt:

Agere. Aen. VII, 239:

Sed nos fata deum vestras exquirere terras

Imperiis egere suis.

ibd. III, 4 *desertas quaerere terras Auguriis agimur.* 682.

Adigere. Aen. VI, 695: *tua tristis imago*

Saepius occurrens haec limina tendere a dedit,

VII, 112: *vertere morsus*

Exiguam in Cererem penuria a dedit edendi

Et violare. etc. VII. 393.

Cogere Georg. III, 169 *Cogere gradum congerre iuvencos.* Aen. V, 782
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis. 461 *ire cogunt*, VIII, 125; X, 63; XII, 236; I, 563; Ecl. II, 7: *mori me denique cogenes.*

Subigere. Georg. III, 218 *cornibus inter se subigit decernere amantis*, ibd. IV, 85 *Aut hos versa fuga victor dare terga subegit* (= coegit). Aen. V, 794 *et classe subegit Amissa socios ignotae linquere terrae* ibd. VI, 567; VII, 214; III, 257; VIII, 112; X, 65.

Impellere. Aen. I, 9:

Quidre dolens regina deum tot volvere casus

Insignem pietate virum, tot adire labores

Inpulerit,

ibd. II, 55. *Impulerat ferro Argolicus foedare latebras.* II, 520.

¹⁴⁾ *ad-cing-*—o ich gürte, *accinge* sich gürten, rüsten zu etwas, sich anschicken zu etwas, cum dativo Verg. XI, 707: *pugnae accinge pedestri*; I, 214; II, 235: *accingunt* (sensu neutr.) *omnes operi*; ad c. acc. Liv. VI, 85: *accingendum ad eam cogitationem.*

Primigenia infinitivorum ex his quae enumeravi verbis causativis aptorum vis vel evidentissime ita explicari potest, ut actione infinitivo expressa quasi finis proponatur, ad quem agimus. Cum enim aptissime dicatur *ad certamen, ad mortem, in facinus, ad scelus, ad bellum, in insaniam etc.* *impellere aliquem,* infinitivum quoque sine ulla difficultate explicare possumus. Negari quidem nequit, apud optimos prosae orationis scriptores his verbis excepto *cogendi* verbo, quod verbum etiam a Cicerone cum infinitivo iungitur¹⁵⁾, subici non solere, sed constructionem finalē coniunctione *ut (ne) instructam;* sed hoc eodem modo explicandum est, quo similes constructiones aliarum linguarum, in quibus infinitivi usus cum paulatim evanescere coepisset, in eius locum constructiones aliae coniunctionibus oratae successerunt ita tamen ut poetae infinitivum longe praferrent¹⁶⁾. Quod si ita explicaretur, nihil haberem quod Forbigeri verbis, quae ad Aen. I, 9 fecit, opponerem „*impellere* cum infinitivo esse poeticam constructionem.“

Praecipitare. Aen. XI, 2: *sociis dare tempus humandis* ibi
Praecipitant curae. (drängen zu geben)

Movere. Georg. I, 456: *me nocte per altum*

Ire neque ab terra moveat¹⁷⁾ convellere funem.

Infinitivi *ire* et *convellere* finem illum indicant, ad quem movendi actio referenda est¹⁸⁾.

Idem valet de *stimulandi* et *invitandi* verbis.

Stimulare. Aen. IV, 574 sq.: *Deus aethere missus ab alto*

Festinare fugam tortosque incider e tunis

Ecce iterum stimulat¹⁹⁾.

¹⁵⁾ Cf. Cic. fam. V, 6, 1, *cogerem mihi potius credere quam illis.* Att. III, 3. off. III, 13, 55 etc. Cf. Meiring, § 743, Zumpt § 613, a. Anm.

¹⁶⁾ Cf. Jolly, p. 160 et 161, Miklosich p. 873; neograeca lingua vulgaris infinitivum prorsus abiecit. Cf. Dr. Aug. Vlachos, Elem. Gramm. der nengr. Sprache, edit. alt. Leipzig 1874, p. 41. „der Inf. wird nur in der Schriftsprache gebraucht, und im gewöhnlichen Gespräch durch die Partikeln νέντι und έπει umschrieben.“ Cf. Jolly, p. 228, 235 sq. Idem fieri in dacoromanensi lingua Dies monet op. cit. III, p. 216.

¹⁷⁾ Sic enim cum Ribbeckio, Forbiger, Ladewico legendum, non cum Wagnero aliis, quos Forb. afferit, monest, quod a natura huīna loci prorsus alienum esse videtur.

¹⁸⁾ In prosa or. *ad aliquid.* Cic. ad Q. fr. III, 5, 4: *nec satis commoveor animo ad ea, quae vis canenda* Liv. XXXV, 12; ut c. coni. Cic. legg. I, 14 cet.

¹⁹⁾ Cf. Cic. pro Planc. 28, 69 *me ad hec salutem defendendam*, Sal. Cat. 18, 4.

Invitare. Georg. IV, 23: *Vicina invit et decedere ripa calori.* Aen. V, 485: *Aeneas celeri certare sagitta invit.* Cuius enuntiati constructionem Forbiger etsi minus accurate verbis: „*pro: ad certandum invitat*“ explicat, sensum tamen eius ac naturam recte explanavit. His addiderim:

Facere. Aen. II, 538: *qui nati coram me cernere letum Fecisti;* in pedestri oratione esset ut c. coni. = *fecisti ut cernerem.* Aen. IV, 540.

Sequuntur *suadendi, monendi, hortandi* verba.

Suadere. Georg. IV, 264: *galbaneos suadabo incendere odores* Aen. I, 357: *Tum celerare fugam pr̄triaque excedere suadet.*

Aen. III, 363: *cuncti suaserunt numine divi*

Italianam petere et terras temptare repotas. ibd. III, 161; XI, 254; Ecl. I, 53 sq.; Georg. II, 315:

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor

Tellurem Borea rigidam spirante movere²⁰⁾. Paulo inusitatus dictum est Aen. X, 10: *quis metus aut hos*

Aut hos arma sequi terrumque lacesse suavit? et Aen. XII, 813: *Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri*

Suasi.

Constructionem hanc sane difficillimam Ladew. ne verbo quidem attigit, Forbiger Servii ad Aen. X, 10 verbis comparatis distinguendum esse censem inter locos, ubi verbis *suadere* et *persuadere* acc. c. infin., et ubi simplex accusativus adiciatur. Utrumque Vergili locum inter constructiones acc. c. infin. refert, quod quidem illo quo vulgo haec constructio usurpatur²¹⁾ sensu post *suadendi* verbum, utroque loco minus recte fieri posse videtur. Accusativos *hos* (Aen. X, 10) et *Juturnam* (Aen. XII, 813) e *suadendi* verbo ipso potius pendere putaverim non secus atque apud Ennium ex incert. libr. IV (ed. Vahlen p. 175) „*Quis te persuasit,*“ et infinitivis *sequi, lacesse* (Aen. X, 10), *succurrere* (Aen. XII, 813) actionem indicari, ad quam personae, de quibus agitur, adducendae erant, ita ut utrumque enuntiatum eadem vi usurpatum sit, qua Cic. de prov. consul. 17, 42 *Nam postea me ut sibi esse legatus non solum suasit, verum etiam rogavit.*

²⁰⁾ Haec enim lectio praferenda est lectioni *moveri*, quam contra optimorum codicum auctoritatem et rerum contextum Ribbeck complexus est. Cf. Forb. ad h. l.

²¹⁾ Cf. Meiring § 781, Zumpt § 615 et 616.

Monere. Aen. IX, 14: *Quod nisi me.... novas incidere lites monuisset*, ubi Forbingor bene id idem valere addidit atque *ut incideret*. ibid X, 349: *Soror alma monet succedere Lauso Turnum*. ibd. IX, 108: *matrem admonuit ratibus sacris depellere taedas*. Aen. XI, 48: *metuensque moneret Acris esse viros* = „und uns ermahnte wackere Männer zu sein“, ubi in pedestri oratione *ut finale c. coniunctivo usitatius esset*²²⁾.

Hortari. Aen. X, 68 *linguere castra Hortati sumus*. Aen. III, 147: *Hortatur pater ire veniamque precari*. VI, 608 *Qui sit fari.... Hortamur*. II, 74; III, 133. Quae natura talibus infinitivis insit, plane ac perspicue e Vergilio ipso cognosci licet; Aen. XI, 520 enim hi leguntur versus:

Sic ait et paribus Messapum in proelia dictis

Hortatur sociosque duces et pergit in hostem.

et Aen. VII, 472 eadem constructio recepta est: *Certatim sese Rutuli exhortantur in arma*. Cf. Nep. Dat. 8, 5: *ad pacem hort. Acc. c. inf. exhibetur* Aen. II, 32: *primusque Thymoetes*

Duci intra muros hortatur et arce locari.

His apte adiungi possunt *imperandi*, *decernendi* verba.

Imperare. Aen. VII, 35 *Flectere iter socii terraeque advertere proras Imperat*. Acc. c. inf. Aen. XI, 59 *tollit miserabile corpus Imperat*. VII, 168 *Ille intra tecta vocari Imperat scil. viros, quos nuntius advenisse reportavit*. Eodem modo *mandare* constructum est Ecl. V, 41 *mandat sibi fieri talia Daphnis*, ubi usitatius esset *mandat (ut) sibi fiant talia*²³⁾ uti Aen. VI, 115 *legimus ut te supplex peterem... mandata dabat*.

Decernere²⁴⁾. Aen. IV, 475: *decrevitque mori*.

Statuere. Georg. III, 73 *quos in spem statuas submittere gentis*. Aen. I, 309 *quaerere constituit*. Infinitivi, quibus haec verba interdum iunguntur, non sunt accusativi obiecti, ut vulgo explicantur, sed aliter sunt explicandi. Si enim dico *rem perficere statuo*, nihil aliud indico, quam: „ich stelle eine Sache hin zum Fertigmachen“ tum sensu metaphorico „ich entschliesse mich,

²²⁾ Namquam infinitivus non prorsus alienus est. Cf. Cic. de sen. 10 *monet fieri senem*; id. de fin. I, 20. *ratio ipsa monet amicitias comparare*.

²³⁾ Cf. Zumpt §. 617.

²⁴⁾ *de-cer-n-o* sichtend, sondern cf. Curtius, Grundz. p. 155.; tum sich entscheiden su, einen Entschluss fassen su, beschließen su...

fasse den Entschluss zu....“ Cf. Terent. Phorm. IV, 3, 71: *Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare* = denn sie entschlossen sich schon zum Geben der Mitgift, sie beschlossen mir die Mitgift zu geben. Ita quoque *quaerere constituit* er entschloss sich zu fragen, zu suchen.

Stare. Aen. II. 750:

Stat casus renovare omnis omnemque reverti

Per Troiam et rursus caput obiectare periclis.

Aen. XII, 678: *Stat conferre manum Aeneae, stat, quidquid acerbi est, Morte pati.*

Quod Forbiger ad Aen. II, 750 animadvertisit „vulgo plenius *stat sententia* obvenire (Terent. Eun. II, 1, 18; Ovid. Met. I, 243; VIII, 67; Liv. XXI, 29, 5 alibi)“, id quidem recte adnimatavit, sed vox *sententia* nihil nos in explicanda constructione adiuvat. Ut *statuendi* verbum, ita quoque *stare* eadem radice (*sta*) derivatum est hoc tamen discrimine, quod *statuere* verbum factitivum est; quod si respicimus, *stat* idem esse atque *statutum est*, quisque concedat; ergo *stat casus renovare* etc. significat: es ist der Entschluss gefasst worden (der Entschluss steht fest) zu ...

Instituere Ecl. II, 32: *Pan primus calamos cera coniungere pluris* *Instituit* = Pan brachte zuerst (die Leute) in den Stand zu verbinden i. e. lehrte [sie], wies sie an. Cf. Cic. de Orat. II, 39 *ad dicendum* Ecl. V, 29 *subiungere instituit.... inducere.... intexere*.

Transeamus ad verba, quae radice *dak* formata sunt.

Docere²⁵⁾ Ecl. VIII, 47:

Saevis Amor docuit natorum sanguine matrem

Commaculare manus = Liebe wies die Mutter an zum Beblecken der Hände i. e. trieb sie an (lehrte sie) die H. zu beflecken. Ecl. I, 5; Georg. II, 77, III, 116; Aen. IV, 434, V, 598: *[Hunc morem] Priscos docuit celebrare Latinos.*

Discere²⁶⁾ Ecl. X, 61: *deus ille malis hominum mitescere discat*. Ecl. IV, 42; Georg. III, 232, 414; idb. III, 558; Aen. I, 630 *Docendi ac discendi verborum similis est ratio, quae statuendi et standi ver-*

²⁵⁾ Cf. Corssen, Krit. Beitr. p. 47. Vaniček, op. cit. p. 70. et 71.

²⁶⁾ *di—sc—o* (cf. prf. *di—dic—i*), quod ad illud e elapsum attinet, Cf. *misere* (= *mig—score*). Cf. Corssen, Aussprache etc. p. 380 et 381, idem Krit. Beitr. p. 47. sq.

borum. *Disco aliquid ab (ex) aliquo* idem fere est quod *doceor aliquid ab aliquo*; *docere ergo aliquem c. inf.* cum intellexissemus significare Jemanden anweisen (unterweisen, lehren) zu einer Handlung, *discere quoque ab aliquo aliquid facere* pariter explicandum est: ich werde etwas zu thun angewiesen (unterwiesen) = ich lerne etwas thun. Romani quidem ipsi tale quid non senserunt, quod iam inde elucere videtur, quod accusativos substantivorum et infinitivos in unum idemque enuntiatum permiscue recipiunt. Cf. Aen. VI, 620: *discite iustitiam moniti et non temnere divos!* Haec tamen nulla est causa, cur illam quam supra deditus explicationem reiciamus.

*Edicere*²⁷⁾. Aen. XI, 463: *Tu, Voluse, a m a r i Volscorum edice maniplis* = du gib den volsc. Manipeln den Befehl zur Bewaffnung (= sich zu bewaffnen, auszurüsten). Georg. III, 295:

*Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpare ovis, dum mox frondosa reducitur aestas
Et multa duram stipula filicumque maniplis
Sternere subter humum.*

Quod enuntiatum ideo est memorabile, quod in altera parte acc. c. infin., in altera simplicis infinitivi constructionem exhibet. In soluta oratione neutra usitata sed *ut (ne) c. coniunctivo*²⁸⁾, vel coniunctivus simplex; qui etiam apud Vergilium invenitur. Cf. Aen. II, 5 *arma capessant edico* (sie sollen die Waffen ergreifen, ich befehle es!) X, 258 *edicit signa sequantur*. Utraque constructio adhibita est Aen. III, 235:

*Socis tunc, arma capessant,
Edico, et dira bellum cum gente gerendum.*

Iubere. Huius verbi usus sane varius est ac multiplex. Vix commemorare opus esse puto, constructionem acc. c. infin. ut apud ceteros et pedestres scriptores et poetas ita apud Vergilium usitatissimam esse. Georg. I, 130; III, 300, 329; IV, 325, 359, 446; Aen. VII, 427; VIII, 175 etc. *Iubendi* verbum radice *ju*, *ju-dh* [= *ju-b*]²⁹⁾ derivatum initio significat *binden*, *verbindlich machen*, ergo *iubeo aliquem aliquid facere*: ich mache Jemanden verbindlich zu ...; *facere aliquid iubeo* = *ich bin gebunden zu thun*, ita ut huius verbi constructio accusativi c. inf. quam vocant prorsus facile intellegi

²⁷⁾ Cf. Fick, op. cit. p. 93, sub *dik*, 1, Vaníček op. cit. p. 70.

²⁸⁾ Cf. Meiring § 779, et not. 4; Zumpt § 617, fin.

²⁹⁾ Corasen, Ausspr. etc. I. p. 366, Krit. Beitr. p. 421, Vaníček, o. cit. p. 132 et 133.

queat. Multa tamen exstant exempla apud Vergilium, quae cum regula pagnarē videntur. Talia exempla sunt: Ecl. IV, 32:

*Quae tempore Thetim ratisbus, quae cingere muris
Oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.*

Aen. I, 647: *Munera praeterea Iliacis erupta ruinis
Ferre iubet.*

ibd. II, 3: *Infandum, regina, iubes renovare dolorem; III, 9: pater Anchises dare fatis vela iubebat. III, 472; IV, 270, 546; III, 87, 145, 162, 261, 289; III, 267; V, 385 ducere dona iube. VII, 427; VIII, 498, 646; V, 15 Colligere arma iubet validisque incumbere remis. XII, 584: Urbem alii reserare iubent et pandere portas.*

Huius modi exempla dupli modo explicare solent viri docti. Alii enim constructionem acc. c. infinitivo esse statuunt ita tamen ut persona, quae aliquid facere iubatur, omissa ex rerum contextu ipso supplenda sit. Cf. Forbig, ad Ecl. IV, 32: „Ceterum memorabilis est hic locus, qui offerat verbum *iubendi* cum infin. activ. constructum accusativo obiecti nostri adjunctum; et idem vir doctus variis locis personas ipsas supplere conatur. Cf. Ecl. VI, 85: „Cogere donec ovis stabulis . . . iussit,” ubi Forb. addit: „sic nos pastores.“ Aen. V, 385: „ducere dona iube.“ Forb. scil. mea etc. Cf. Kranev ad Caes. b. gall. II, 6. Alii activum pro passivo ponitum esse censem. Cf. Aen. VIII, 646 *Tarquinium . . . Porsenna iubebat accipere*, ubi Forbiger haec adnotat: „Pro pedestri accipi“ et, quod sane magis mirandum, ad adnotata VI, 85 prorsus discrepantia nos revocat. Eodem modo Zumpt § 617 constructionem explicat. Res tamen aliter se habet. Libenter quidem concedimus, e rerum contextu, e totius loci sensu plerumque personam ipsam, quae rem efficiat, suppleri posse; sed is, qui aliquid fieri iubet, cum personam non commemoret, eius nullam habet rationem sed vim totam ac gravitatem non personae, sed actioni ipsi tribuit³⁰⁾, ita ut pro rerum contextu personam quandam supplere quidem possimus, sed eam supplere non cogamur. Tum alia quoque in huiusmodi enuntiatis res hanc levis momenti summa est respiciendia diligentia, eam puto, infinitivum initio neque activam neque

³⁰⁾ Id etiam apud prosae orationis scriptores haud raro fieri, exemplis docemur: qualia sunt: Cic. Brut. IV, 15: *Hesiodus eadem mensura reddere iubet, qua acciperis, aut etiam maiore, si possies*, id Att. XVI, 15: *Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam*. Caes. b. V, 88, 3.

passivam notionem indicare, sed quodam modo indifferentem³¹⁾ esse; quam ob rem quoque saepius in uno eodemque enuntiato utraque constructio et activa et passiva reperitur sine ulla fere differentia. Cf. Verg. Ecl. VI, 85: *Cogere donec ovis stabulis numerumque referri³²⁾ Iussit.* Aen. V, 772:

*Tres Eryci vitulos et Tempestibus agnam
Caedere deinde iubet solvique ex ordine funem.*

ibd. VII, 468 sq.; III, 60.

Coniunctivum iussivum, quem interdum *iubendi* verbo adiectum invenis³³⁾. Vergilius duobus adhibuit locis. Aen. X, 53: *Magna dictione iubeto Carthago premat Ausioniam*, et particula *ut* adiecta Ecl. V, 15: *tu deinde iubeto ut certet Amyntas.*

Pariter atque infinitivum *iubendi* verbo adiectum explicabimus infinitivum ex *iurandi* verbo aptum, quia utrurque verbum una eademque radice derivatum est³⁴⁾. Aen. IV, 425: *Non ego cum Danais Troianum excidere gentem . . . iuravi.* Georg. I, 280 *coniuratos caelum rescindere fratres.*

Ceterum *iurandi* verbum a pedestris sermonis scriptoribus vulgo cum infinitivo futuri construi notum est³⁵⁾. Vergilius in ceteris quoque verbis *sperandi*, *promittendi* quae eodem modo construi solent, a regula discessit. Cf. Aen. IV, 305 *Dissimilare etiam sperasti*, ibd. IV, 337, 487; V, 18; II, 657.

Vetare. Georg. I, 269 *rivos deducere nulla religio vetat.* Aen. I, 541: *Bella carent primaque vetant consistere terra*, ibd. XII, 806. *Ulterius temptare voto.*

³¹⁾ E. Herzog, op. c. p. 8; Jolly, op. cit. p. 196. Praeter illos locos, quos Jolly afferit, confer exempla apertissima Caes. b. g. V, 33, 8, et ibd. 34, 1 *iussuerunt pronuntiare* et ibd. 34, 3. *Ambiorix pronuntiari iubet.* V 51; 3 *pronuntiari iubent.*

³²⁾ Ita enim est legendum ratione habita eorum, quae Forbig. ad h. l. protulit.

³³⁾ Cf. Zumpt. § 617.

³⁴⁾ Corssen, Ausspr. I, 366 *iu—r—are* sich eidlich verbinden zu . . . Cf. Cato apud Plin. 29, 1, 14 (7) (recogn. Ladew. Janus, Lipsiae 1858): *iurarunt* (= *coniuraverunt*) *inter se barbaros necare omnis medicina.* Cf. Ovid. Met. I, 242 *in facinus* (zu einem Verbrechen).

³⁵⁾ Meiring § 748, Zumpt § 606 adnot. 3. Quomodo id explicandum sit, v. Jolly p. 197.

Sinere³⁶⁾. Georg. III, 268: *quaedam exercere diebus Fas et iura sinunt.* Aen. VII, 268 sq. *quam iungere non sortes, non monstra sinunt*, ibd. XI, 103 *ac tumulo sineret succedere terrae.* 701 *fallere fata sinebant.* XII, 49.

Pati. Aen. IX, 794: *neque terga*

Ira dare aut virtus patitur nec tendere contra.

Aen. XIII, 480: *Nec conferre manum patitur.* VIII, 576; Georg. II, 318.

Personam, quam aliquid facere sinimus, in accusativo ponit vix commemorandum esse videtur. Cf. Ecl. VIII, 13 *sine hanc hederam serpere* Aen. IX, 291, 409; Georg. III, 305 et Ecl. I, 37 *Cui pendere sua patereris in arbore poma.* Georg. III, 140 sq. ibd. IV, 438 *senem passus conponere membra.* Aen. I, 643, ibd. X, 847:

Ut pro me hostili paterer succedere dextrae,

Quem genui etc.

Quod cum ita sit, tandem horum verborum videamus constructionem, quae in aliis etiam linguis cognatis verbis eiusdem vel similis significationis adhibetur. Cf. Miklosich, op. cit. p. 854.

Cuniunctivus invenitur tribus tantum locis Aen. V, 163, 717 et his *habent terris sine moenia fessi* (= und in diesen Landen sollen die Ermüdeten ihre Mauern haben, lasse es zu!) XII, 828 *occideritque sinas cum nomine Troia.*

Desinere. Georg. IV, 448 *desine velle*, Aen. IV, 360 *desine incendere* VI, 376; XII, 796.

Permittere. Aen. IX, 240 *Si fortuna permittitis uti.* Ecl. I, 9, 10: *permisit errare boves . . . et ipsum* (scil. me) *ludere*, ubi dativus personae et infinitivus usitator esset vel *ut c. coni.*

Concedere. Aen. III, 700 *fatis nunquam concessa moveri . . . , Camarina.*

Adnuere. Aen. XI, 19: *ubi primum vellere signa*

Adnuerint superi pubemque educere castris.

Ut c. coni. legitur Aen. 796:

Sterneret ut subita turbatam morte Camillam

Adnuit oranti.

³⁶⁾ *si—n—o* (= *sa—n—o*) cf. *po—no* = * *posino* Cf. Corssen, Ausspr. p. 419 et 420, Curtius, Grundz. p. 666; *sino aliquem ire* = Ich lasse Jemanden *zum Gange*, gehen.

Dare. Saepissime hoc verbum cum infinitivo coniunctum invenitur apud Vergilium ita quidem ut gerundii accusativi praepositione *ad* instructi vel gerundivi munus praestare videatur. Aen. V, 248: *argentum magnum dat ferre talentum* ibd. V, 306 sq.:

*Gnosia bina dabo levato lucida ferro
Spicula caelatumque argento ferre bipennem.*

Aen. V, 536: *quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.*

Aen. I, 219: *dederatque comam diffundere ventis.*

Aen. I, 65: *namque tibi divom pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus et tollere vento.*

ibd I, 522: *novam cui condere Juxter urbem
Iustitiaque dedit gentis frenare superbas,*

IX, 362 ille suo moriens dat habere nepoti (scil. dona). XII, 211 patribusque dedit gestare Latinis (scil. sceptrum). Aen. V, 262 *Loricam . . . donat habere viro.* Aen. III, 77 *Inmotamque coli dedit et contempnere ventos.*

In omnibus his enuntiatis prosa oratio classica infinitivo prorsus reiecto alias adhiberet constructiones, praedictivum accusativum gerundivi eorum verborum, quorum infinitivus *dandi* verbo subiectus est, vel quod longe rarius est, accusativum gerundii praepositione *ad* ornatum³⁷⁾. Et sane Vergilius ipse interdum hanc usurpat iuncturam. Aen. IV, 212 *cui litus arandum . . . deditus*, ibd. III, 50:

*Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum.*

ibd. IV, 602 *epulandum ponere.* Geor. IV, 148 (*haec*) *memoranda relinquo.* Aen. V, 770 *si unquam regnandam acceperit Albam.* Aen. II, 589 *mihi se videndum obtulit.* Quos si locos cum illis conferamus, ubi infinitivus reperitur, Vergilium hanc infinitivi iuncturam longe praetulisse videbimus. Vulgo haec constructio ex Graecorum imitatione explicatur. Quamquam concedendum, Vergilio nonnullis quibusdam locis Homerum fuisse ante oculos, ut ex Aen. V, 248, 262, 306 *dat ferre* et Hom. Il. 4, 612 δῶκεν ἔταιρφ θῆτον ἄγειν Il. x, 270 δῶκε φορῆναι satis appetet, tamen constructio ipsa cum in omnibus fere linguis

³⁷⁾ Cf. Meiring § 860, 880 et 881.

indoeuropeis reperiatur, ex primaria infinitivi natura, cui dativi vis inesse persuasum habemus, explicanda est. Praeter illas analogias, quas E. Herzog op. cit. p. 11 et Jolly p. 185 et 189 afferunt, summo nobis iure linguae slavicae adhiberi posse videntur, in quarum et veteribus et recentioribus dialectis *dandi* verbum (*da-ti*) cum infinitivo iungitur. Cf. daēhu emu piti vino = οἶνος αἴνου πίνειν marc. 15, 23; ne dādāše imъ glagolati = non dabat eis loqui. Cf. exempla quae Jolly congressit Cato r. r. c. 89: *bis in die farciat et meridie bibere dato* et Plaut. Pers. V, 2, 40 et slavica, quae apud Miklosichium, op. cit. p. 849, 853 et 859 exstant: daste mi jesti, quod ad verbum si expresseris, significabit: *deditis mihi edere*, cf. graec. ἐδώκατε μοι φαγεῖν et palaeogerm. gābut ezzan. Cf. cloz. I, 247: kako (quomodo) sъ (hic) možets (potest) plъtъ (carnem) svojа (suam) dati (dare) námъ (nobis) ēsti (edere)? Quin etiam nota illa *habeo dicere, scribere, similia* quae recte Forbiger ad Aen. I, 319 profert, in slavicis linguis aptissima habent analogia: imamъ ti nečto rešti = *habeo tibi aliquid dicere.*

Cetera huius modi exempla Vergiliana haec sunt:

Aen. V, 571: *quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum et pignus amoris;*
cum quo bene comparari potest graecum δῶκε εἶναι Ἑερῆιον apud Homerum.
Aen. IX, 172: *Quos pater Aeneas*

Rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.

X, 235: *Et dedit esse deas aerumque agitare sub undis.* In omnibus his enuntiatis in prosa oratione coniunctivum c. ut adhibendum fuisse, quisque videt, et sane aptissimum exemplum praebet Vergilius ipse Aen. XI, 794 sq., ubi utramque recepit iuncturam: *voti Phoebus succedere partem Mente dedit* et v. 797: *reducem ut patria alta videret Non dedit.*

Omissa ut Aen. IV, 683: *Date volnera lymphis
Abluam et . . . ore legam.*

et Aen. VI, 883: *Manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores animamque nepotis
His saltem accumulem donis et fungar inani
Munere.*

Vergilius infinitivum non modo ubi *dandi* verbum suam, qua vulgo recipitur, significationem exhibet, usurpavit, verum etiam in talibus enuntiatis, in

uibus dare mutata paulo significatione idem fere indicat quod concedere, *per-*
mittere. Aen. V, 689: *da flammam e v a d e r e classi*, ubi usitatus esset *da-*
ssi (= *permitte classi*) ut evaderet flammam. Aen. VI, 66; X, 61: *miseris iterumque revolve casus*

Da, pater, Iliacos Teucris.

Aen. I, 79 *tu das epulis accumbere divom*. VI, 697: *da iungere dextram* et
Aen. I, 408: *Cur dextrae iungere dextram*

Non datur ac veras audire et reddere voces?

Aen. I, 553: *Si datur Italiam sociis et rege recepta*
Tendere, ut Italianam laeti Latiumque petamus.

Georg. I, 261; Aen. III, 7; VI, 140, 327, 688; VII, 313; IX, 115; XI, 789.

Curare. Georg. I, 39 *sequi curat*. Aen. III, 450:

Numquam deinde cavo volitantia prendere saxo

Nec revocare situs aut iungere carmina curat.

Aen. IX, 518: *curant caeco contendere Marte*
Amplius audaces Rutuli.

Prohibere. Aen. V, 631: *Quis prohibet muros iacere et dare civi-*
bus urbem? ibd. VI, 807 *metus Ausonia prohibet consistere terra?* ibd. VI,
306 *prohibet contingere mensas*. Georg. IV, 9; ibd. I, 500; Aen. III, 379:
prohibent nam cetera Parcae Scire Helenum.

Abnegare. Georg. III, 455:
medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat.

Aen. II, 637: *Abnegat excisa vitam producere Troia*
Exsiliumque pati.

Sequuntur petendi, orandi, querendi verba.

*Pete*re. Aen. VII, 96: *Ne pete conubias natam sociare Latinis*. Forbiger infinitivum *sociare* accusativum obiecti esse putat haec verba faciens: „de hoc infinitivi usu pro Acc. Obiecti usurpati vid. ad Aen. I, 319 et II, 33.“ Haec infinitivi est omnium fere de hoc infinitivo sententia, quae eo firmari videtur, quod post *petendi* verbum res ipsa, quam quis petit, semper in accusativo ponitur. Sed etymon huius verbi prorsus aliam infinitivi explicandi viam monstrabit. Radix enim *pat* qua *petendi* vocem ortam esse viri docti iure affirmant³⁸⁾, initio celerem motum significat, *petere* ergo: *sich rasch bewegen, los-*

³⁸⁾ Cf. Curtius, Grundz. p. 210, qui alios etiam viros doctos enumerat, qui de hac radice egerunt.

gehen auf etwas, tum metaphorice nach etwas hin streben, sich desselben zu bemächtigen suchen. Cuius significationis primariae, quae ex etymo ipso sequitur, si rationem habuerimus, infinitivum quoque, qui ex eo verbo pendet, e primigenia eius natura haud dure explicabimus. Quod vero Forbiger Aen. VII, 96 ad illa nos revocat, quae ad Aen. I, 319 et II, 33 adnotavit, permixtum mihi videtur, cum infinitivi, qui utroque exemplo obveniunt (Aen. I, 319 *dederat comam diffundere ventis*; Aen. II, 33 *Duci (scil. equi molem) intra muros hortatur et arce locari*) ne ex illa quidem opinione ac lege, cuius Forbiger ipse est sectator studiosus, accusativi obiecti explicari possint. Et profecto verba eius ipsa, quae ibi ad constructiones illas explanandas apposuit, omnino discrepant a sensu huius adnotationis.

Orare⁴⁰⁾. Aen. IX, 231 *admittier orant = orant ut admittantur*. Ecl. II, 43 *Jam pridem a me illos abducere Thestylis orat*. Aen. VI, 313 sq. *Stabant orantes primi transmittere cursum*. Exempla haec non solum ideo notatu digna sunt, quod *orandi* verbo infinitivus adjunctus est⁴⁰⁾, sed etiam, quod more sane inusitato infinitivi ad eos referuntur, qui ut sibi aliquid facere liceret orant, non ut alias assolet⁴¹⁾ ad eos, qui ut aliquid faciant orantur, ut Forbiger ad Ecl. II, 43 bene animadvertisit, ita ut sensus eorum exemplorum hic sit Ecl. II, 43 = *orat ut sibi liceat abducere*, Aen. VI, 313 = *orantes ut sibi cursum transmittere liceat*. Cf. Aen. V, 796 *quod superstes, oro liceat dare* et Aen. XI, 442 *et vocet oro*.

Exposcere. Aen. IV, 78: *Iliacosque iterum demens audire labores*
Exposit.

acc. c. inf. Aen. IX, 192: *Aeneam acciri omnes*

Exposcunt mittique viros.

Quaerere. Aen. IV, 631 *Inrisam quaerens quam primum abrumpere lucem*.

Aen. VII, 449 *quaerentem dicere*. VI, 614 *ne quere doceri*. Aen. IX, 509 *Quaerunt pars aditum et scalis adscendere murum.*

⁴⁰⁾ as athmen os (or-is) Mund, cf. Vaníček, op. cit. p. 19; *orare* igitur propri significat sich des Mundes bedienen, den Mund aufzuhun, sprechen (cf. *orator* der Sprecher, Redner) bitten.

⁴¹⁾ Usitator est conjunct. c. ut (ne), cf. Meiring § 779; Krebs. op. cit. s. v. *orare*.

⁴²⁾ Praeter Val. Flacc. III, 446, quem locum Forb. afferit, cf. Plaut. mil. 1393 (Lor.) *oratus sum venire ich bin zu kommen gebeten worden, quicum loco simillimus conferri postest Truc. II, 6, 66 (ed. Spengel Gottingae 1868) vocatus sum ire = ich bin zu einem Gange gerufen worden.*

ibd. XI, 180:

*Non vitae gaudia quaero,
Nec fas, sed gnato Manis perferre sub imos.*

Ambo haec exempla, quae postrema enumeravimus, propterea quoque memorabilia sunt, quod ex iis infinitivi primigeniae naturae conscientiam ut ita dicam, Romanis iam omnino evanuisse eluet.

Optare. Aen. VI, 501: *optavit sumere poenas.* ibd. V, 29 *fessas optem
demittere navis* II, 635. *quem tollere in altos
Optabam montis.*

Geor. II, 41. *Non ego cuncta meis amplexi versibus opto.*

Aen. XII, 892: *opta ardua pinnis*

Astra sequi.

Prosaes orationis scriptores Ciceronianae quam vocamus aetatis infinitivo constructionem c. *ut* longe praeferre, quisque sibi persuadere poterit, qui modo exempla perlegerit, quae in Klotzii et Krebsii lexicis enumerata sunt sub h. v.

Cupere⁴⁴⁾. Ecl. VI, 6 *dicere cupiant.* Aen. II, 108:

*Saepe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri et longo discedere bello.*

Aen. IV, 393; VI, 715. Res, cuius quis cupidine tenetur, coniunctivo optativo expressa est Aen. X, 433 *cuperem ipse parens spectator adesset* (= wäre doch der Vater selbst als Zuschauer da, ich wünschte es).

Arde⁴⁵⁾ metaphorice dictum eodem sensu, ut *vehementissime cupere* Aen. I, 514 *avidi coniungere dextras Ardebat*, ibd. I, 584; II, 105; II, 315
*Sed glomerare manum bello et concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi.*

ibd. IV, 281; XI, 895 *mori pro moenibus ardent⁴⁶⁾.*

Conari. Geor. I, 281 *conati inponere.* Aen. II, 791 *Ter conatus ibi
collo dare brachia circum.* Aen. III, 24; IV, 688; VI, 32, 700; X, 88; XI
585, 842.

⁴⁴⁾ *cup-i-o* (sct. *kup-jā-mi*) ich gerathe in Bewegung, in Wallung, ich begehre. Curtius Grundz. p. 114.

⁴⁵⁾ Lectio *audent*, quam nonnulli levioris momenti codices exhibent, minus digna quae respiciatur, esse videtur.

Parare⁴⁷⁾. Ecl. II, 72 *paras detexere.* Aen. I, 178. Aen. I, 678 *puer
ire parat.* II, 447; III, 381, 248; IV, 118, 238, 390; VII, 604, 624; VIII,
400, 475; IX, 81, 248, 506; X, 554; XI, 509, 549; XII, 844.

Apparare. Aen. IX, 146 *ferro quis scindere vallum Apparat?* ibd. X,
453 *pedes apparat ire.* ibd. XI, 116 *si pellere Teucros Apparat*

Experiri. Ecl. VIII, 66 *overttere experior.*

Meditari. Aen. I, 673: *Quocirca capere ante dolis et cingere flamma
Reginam meditor.*

Infinitivi vis primaria inde elucere videtur, quod *meditandi* verbo non nunquam dativus vel accusativus cum praepositione *in* vel *ad* subicitur. Plaut. Ps. IV, 7, 107 *nugis*, Verg. Aen. X, 454 *meditans in proelia taurus.* Cic. Verr. II, 1, 40 *meditati ad dicendum*, id. Cat. I, 10 *ad huius vitas studium.*

Meminisse. Geor. II, 259 *terram memento Excoquere et . . . concidere*
= denke daran (vergiss nicht) die Erde auszuwittern, ibd. I, 400; Aen. II,
549 *narrare memento*, ibd. VII, 126.

Audere⁴⁸⁾. Ecl. III, 32 *non ausim deponere.* Georg. II, 175, 289, 332;
III, 78, 113, 114; IV, 107; Aen. I, 134, 493; II, 168; IV, 283; V, 379,
383, 499; VI, 15; VII, 300; VIII, 650; IX, 690; X, 389; XI, 807; XII, 350, 361.

Quod de adiectivo *avidus* p. 56 diximus, idem valet de *audendi* verbo: infinitivus qui ex eo pendet sua ipsius vi est explicandus. Cf. Aen. II, 349: *audere
in proelia⁴⁹⁾.*

Gaudere. Aen. II, 239 *funemque manu contingere gaudent.*

Velle⁵⁰⁾, malle, nolle. Geor. I, 25 *urbis invisere velis*, ibd. II, 105
scire velit, ibd. IV, 501; Aen. I, 572; II, 790; V, 230, 769; VI, 86; VII,
237, XI, 111, 153, 529; XII 571 etc. Aen. XI, 584 *vellem haud correpta
fuisset* (= wäre sie nicht entrissen worden, ich wollte es). Ecl. X, 53 *malle
pati*, Georg. III, 159; Aen. IV, 108; XII, 396.

Dignari. Ecl. VI, 1 *dignata est ludere* (ἀξιῶν geruhen, wollen) Aen. X,
732; XII, 464.

⁴⁴⁾ = Vorbereitungen treffen zu.

⁴⁵⁾ = *av-i-d-ere* cf. Cornsæn, Ausspr. etc. I, 631; II, 547, Krit. Beitr. p. 111;
Vaníček, op. cit. p. 18, proprie streben, mit Begierde an etwas gehen, unternehmen, wagen.

⁴⁶⁾ Adiectivum ab *audendi* verbo ductum *audax* eodem modo iungitur cum inf. Hor.
carm. I, 8, 25 *audax omnia perpeti*, Prop. IV, 5, 18 *audax imponere* etc. et c. acc. c.
ad Cic. Cat. II, 5, 9 *ad facinus audacior.*

⁴⁷⁾ De verbis auxiliaribus quae vocantur cf. Jolly, op. cit. p. 191 sq., Walder, p. 25.

*Uti imperativus nolendi verbi coniunctus cum verborum infinitivo usurpatur, si quid benignè vel urbane vetamus, ita a Vergilio haud raro alia quaedam ad eundem finem substituuntur verba *parcere, absistere, desistere, cavere*⁴⁸⁾. Cf. Ecl. III, 94 *parcite, oves nimis procedere* = *nolite procedere*. Aen. III, 52 *parce pias scelerare manus*. Aen. VIII, 403 *absiste indubitate* VI, 399; XI, 408 *absiste moveri*. XII, 676 *absiste morari*. Aen. XII, 60 *desiste committere Teucris*. Ecl. IX, 25 *occursare capro ... caret*⁴⁹⁾. Simili ratione *desinendi* verbum, de quo supra diximus, usurpatur Georg. IV, 448 *desine velle*, Aen. IV, 360 *desine incendere* etc.*

Recusare. Aen. II, 607 *neu praeceptis parere recusa*. Aen. II, 126 *recusat Prodere* ibd. II, 704 *tibi comes ire recuso*. X, 297 *Frangere ... recuso*. XI, 437 *tentare recuse*.

Dubitare. Georg. II, 433 *Et dubitant homines serere atque inpendere curam?* ibd. IV, 241: *At suffire thymo cerasque recidere inanis quis dubitet?*

ibd. II, 29. Aen. VI, 807: *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* VII, 311 *dubitum haud equidem implorare*. VIII, 614 *ne dubites in proelia poscere Turnum*.

Morari. Ecl. VIII, 105 *dum ferre moror*. Aen. XI, 364.
*Mussare*⁵⁰⁾. Aen. XI, 345 *sed dicere mussant* (= *cunctantur*).

Erubescere (sich scheuen). Ecl. V, 2 *erubuit habitare*.

Timere. Aen. VI, 324 *iurare timent et fallere numen*. ibd. VI, 613 *veriti dominorum fallere dextras*. Aen. II, 12 *animus meminisse horret*. XI, 636 *quando ipsum horrebat adire*.

Coepisse. Ecl. VII, 18 *contendere versibus ambo Coepere*. Ecl. VI, 35 *discludere coepit et sumere*. Georg. III, 191, 237, Aen. VII, 523; Aen. VI, 250: *Sub pedibus solum et iuga coepita moveri*⁵¹⁾.

⁴⁸⁾ Id quoque in aliis linguis saepissime fieri constat. Cf. Erdmann, Untersuchungen 14, Diez, III, p. 205, Miklosich, p. 866, 867.

⁴⁹⁾ Coniunctivus unitatior est. Cf. Cic. div. XVI, 22 *Cave festines*, Schultz, § 379, not. 1, et 2.

⁵⁰⁾ Cf. Vaníček, op. c. p. 129, proprio significat: ich schliesse den Mund (cf. mu—tu—s).

⁵¹⁾ De passivo verbi finiti cum infinitivo passivo coniuncti cf. Jolly, op. c. p. 197 adnot. Exempla complura colligit Neue, op. cit. II, p. 609.

Incipere. Ecl. IV, 12 *incipient magni procedere menses*. ibd. 60 *incipere cognoscere*. Ecl. VI, 39; VIII, 8; IX, 60; Georg. I, 5, 46, 358, 454; III, 138; Aen. I, 720; IV, 76, 160; VI, 751 etc.

Cessare. Ecl. I, 58: *Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo*. Georg. I, 484 *manare crux cessavit*. Aen. XI, 401, 137.

*Adsuescere*⁵²⁾. Georg. I, 42 *adsuesce vocari*
ibd. II, 360: *contemnere ventos*
Adsuescant summasque sequi tabulata per ulmos.
Aen. VIII, 515: *sub te tolerare magistro*
Militiam et grave Martis opus; tua cernere facta
Adsuescat.

Cf. quae ad adiectivum nomen *suetus* p. 53 adnotavimus.

Solere. Aen. II, 30 *certare solebant*, ibd. II, 456, 461, 591; V, 370; VI, 205; VII, 76, 741, 754; IX, 591; XIII, 768; Ecl. I, 20, 21, 23; III, 26 sq.; VI, 70; X, 75; Georg. II, 186 etc.

Posse. Ecl. I, 79 *poteras requiescere*; ibd. III, 24 *reddere posse*; IV, 27; VIII, 40, 69; X, 64; Georg. I, 161, 176, 394; Aen. I, 230, 243; II, 292, 657; VI, 78, 308; X, 81; XI, 201 etc.

Infinitivum, qui huic verbo adiungitur, viri docti pro accusativo obiecti habere solent. Quod ideo affirmasse videntur, quia id verbum haud raro accusativum pronominum admittit. Cf. Cic. Tusc. II, 14, 34 *hoc pueri possunt, viri non possunt*, id. ibd. III, 14, 30 etc. Hor. epist. I, 2, 17 *quid' virtus et quid sapientia possit*, ibd. I, 12, 19 carm. IV, 2, 27 etc. Verg. Ecl. III, 28 *quid possit*; III, 17 *quod potuit uterque* etc. Inde tamen ne concidamus; illam infinitivi explicationem rectam esse, cavendum est. *Posse enim ortum est ex potis*⁵³⁾ *sum*. Incontractae huius verbi formae non modo apud veteres, sed etiam apud posteriores scriptores extant plurimae⁵⁴⁾, et Vergilius nonnulla quaedam exhibit exempla. Aen. IX, 796 *nec tendere ... potis est*. XI, 148 *At non Euandrum potis est vis ulla tenere*. Aen. III, 671 *Nec potis (scil. est)*

⁵²⁾ Cf. E. Herzog, op. cit. p. 20.

⁵³⁾ *pot-is* (*potis-sum, possum*), scil. *potis* Herr; ergo *possum* ich bin Herr, bin mächtig. C. Varro I. l. V, 10, 58 (ed Car. Odofr. Müller Lipsiae 1833) „*divi potes* pro illo quod Samothraciae θεοὶ δυνατοί” Cf. Curtius Grundz. p. 289.

⁵⁴⁾ Cf. Neue, op. cit. II, p. 600—603.

Ionios fluctus aequare sequendo. Quod cum ita sit, infinitivus, quocum posse iungitur, ex suam ipsius primaria vi quin explicandus sit, quis est qui dubitet? Cf. Cic. Top. 2 *quae ad usum potior erat* Liv. VII, 27. Accusativi igitur pronominalium, qui, ut vidimus, saepius huic verbo adseruntur (*aliquid, multum, tantum, plus, hoc, id, similia*), initio non sunt accusativi obiecti, sed relationis (Acc. der Beziehung). Cf. Varro r. r. II, 2, 1 *quid pastores potis sint*.

Priusquam ad cetera huius modi verba auxiliaria transeam, pauca mihi dicenda sunt de Aen. II, 657. Ibi enim cum legatur

*Mene efferre pedem, genitor, te posse relichto,
Sperasti?*

Forbiger haec adnotat: „praesens autem *efferre* post *sperasti* pro *elaturum esse*, ut etiam Aen. IV, 305 et V, 18.“ Quae quidem sententia viri docti, cum *e sperandi* verbo non *efferre* pendeat, prorsus falsa est; notum enim est, infinitivum *posse* post verba, quibuscum accus. c. infinit. futuri iungi soleat (qualia sunt *sperare, polliceri, curare, similia*) non modo sufficere, verum etiam omnino iustum, quae a prosae orationis regula normaque vulgari nihil discedat, esse constructionem, rarissimeque circumscriptiōnēm *fore ut possit* (*posset*) obversari⁵³.

Queo, nequeo. Aen. VI, 463 *exedere quivi*. Georg. III, 127 *nequeat superare*. Aen. I, 713 *expleri nequit*. VI, 507 *te, amice, nequit* *Conspicere*. Aen. VIII, 265 *nequeunt expleri corda*, 618 *Ille expleri nequit*, IX, 289, 479; X, 19.

Passivae horum verborum formae, quae cum infinitivo passivo a priscis scriptoribus saepius, a posterioribus rarius iunguntur⁵⁴), apud Vergilium nullae inveniuntur, nisi quod Aen. VIII, 402 in levioris momenti codicibus *mc* (Cf. Ribbeckium) *fieri potestur* legitur.

Scire. Georg. III, 84 *stare loco nescit*. IV, 489 *scirent si ignoscere Manes*. I, 63, V, 129.

Novisse Aen. VIII., 316: *nec iungere tauros
Aut conponere opes norant aut parcere parto.*

Sufficere. Aen. V, 21:

*Nec nos obniti contra nec tendere tantum
Sufficimus.*

⁵³) Cf. Haase ad Reisigii prael. 452.

⁵⁴) Cf. Neue, op. cit. p. 609.

Infinitivi vis primigenia inde elucet, quod huic voci et alias dativus subici solet eius rei, ad quam aliquid sufficiat. Cf. Cic. acc. V, 48 *paucorum cupiditati sufficere aliquo modo poterant*. Liv. XXIX, 31, 9; XXI, 8, 4 etc.

Valere. Aen. II, 492 *sufferre valent*. Ecl. IX, 38; Aen. III, 415; IV, 334; V, 510; VI, 553; VII, 305; IX, 806; X, 50; XI, 327, 873; XII, 782; VII, 756. Primaria huius vocis significatio est *validum esse* (stark sein⁵⁵); dativi igitur vis infinitivi sine magna est difficultate perspicienda. Cf. constructiones accusativi cum *in vel ad* Cic. fam. IV, 10, 2 *cum.. id in omnes partes valeret*, id. Cat. I, 7, 18 *tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones verum ad devincendas perfringendasque valuisti etc.*⁵⁶)

Esse. Aen. VI, 596 *Cernere erat*. Aen. VIII, 675 *In medio classis aeratas, Actia bella Cernere erat*. Ecl. X, 46 *nec sit mihi credere tantum*.

Bene quidem Forbiger, alii cum hoc loquendi more graecum μὴ εἴη μονάδεσσας comparant, minus recte eum graecismum esse statuunt. Quae dicendi ratio si linguae modo Graecae propria esset neque in aliis linguis saepissime obveniret, iure quodam adduceremur ut ita iudicaremus. Sed cum id in germanicis quoque et in slavicis linguis fieri videamus, nulla prorsus est causa, cur talem amplectamur opinionem. Cf. exempla apud Jollyum p. 159. *sindun zi chilaubanne* Is. 4, 7 *sind zu glauben; ist ze firstandanne* Is. 9, 2 *es ist zu verstehen*. Cf. *zu sehen ist ein Mann* etc. Aptiores praebent analogias linguae slavicae, quae in eo quoque congruent cum linguis classicis, quod rem ipsam in eo ponunt casu, quem verba ipsa exigunt. Cf. *a šte mi jest ſi ſi tobojā umrēti* quod ad verbum *si expresseris, convertendum erit: si mihi tecum mori est*. Kako (quomodo) *to* (*id*) *jest ſi* (*est*) *razuměti* (intelligere). *ot ſe ſego viděti jest ſi* *silā Hristovā* (acc.) = *ex hoc videre est potestatem Christi*. Illud *cernere erat*, quod supra attulimus prorsus consentit cum illo *běaše viděti* θέων apud Miklosichium p. 859. Idem in neoslavicis dialectis saepissime fit. Cf. croat. *da mi ga je vidjeti* = *si mihi cum esset videre* (si eum videre possem).

Restat unus adhuc locus, qui, quia interpretibus multis difficultates attulit, uberioris est adumbrandus, Georg. IV, 447. *neque est te fallere quicquam. Lo-*

⁵⁵) *val—ore* eadem radice derivatum, qua scilicet *bala—n* *vires*, slav. *vel—ij*, *vel—ikъ* *magnus*. Curt. Grundz. p. 581.

⁵⁶) Krebs. op. cit. s. v. *valere*.

cum hunc variis modis a viris doctis explicari, quisque sibi persuadere poterit. qui modo illa, quae Wagner, Forbiger, Ladewicus, alii adnotaverunt, perlegerit. Omissis illis, quorum refutationem ab hac disputatione alienam esse puto; hoc tantum moneo, *te fallere* constructionem accusativi c. inf. ut Lad. et Forbiger censem, esse non posse, cum nullum prorsus hujus constructionis a verbo *esse* pendentis exemplum afferri possit. Difficultatem, quam talis praeberet constructio, Lad. ipse bene sensit in appendice lectionem *me* pro *te* proponens. Sed tali commutationi omnium codicum auctoritas et iteratio totius huius loci in Anthol. Lat. Burm. I, 178, 83 obstat. *Te* mea quidem sententia retinendum et pro accusativo objecti habendum est ita ut infinitivi simplicis (*fallere*) constructio nihilo differat ab illis exemplis, quae supra enumeravimus compluria. Hanc meam sententiam hoc firmari et commendari possum, quod sequitur *sed tu desine velle*. Si enim in utraque enuntiatione *te fallere* et *tu desine velle* idem esset subiectum, pronomen *tu* supervacaneum esset, neque particulae adversativae (*sed*) locus esset, sed potius conclusivae ergo, *proinde*. Cur Aristaeum tamē generalem sententiam (= cō dūxerūt ētūt̄ t̄) pronuntiare non deceat, ut Lad. in appendice exponit, intelligere me omnino nego.

Superesse. Georg. II, 354 *superest diducere terram... et duros iactare bidentis... exercere... et flectere*.

Vacare. Aen. I, 373: *Et vacet annalis nostrorum audire laborum*. ibd. X, 625. Infinitivus, qui huic verbo impersonaliter usurpato subicitur, facile explicabitur, si modo exemplorum rationem habuerimus talium, ubi *vacandi* verbum etiam in optima prosa oratione ita construitur ut persona vel res, cui quis vacat, in dativo ponatur. Cf. Cic. div. I, 6, 10, Mart. II, 5, V, 21; Tac. hist. I, 44. In c. acc. invenitur Ovid. Pont. III, 3, 36 *in nullum mea mens grande vacavit opus*.

His verba, quae vulgo impersonalia usurpantur, addam:

Contingit. Aen. I, 96; VI, 108:

Ire ad conspectum cari genitoris et ora

Contingit.

ibd. IX, 267 *Si capere Italianum... contigerit victori*.

Convenit. Georg. I, 2: *adiungere conveniat*.

Licet. Ecl. VIII, 9 *mihi liceat tua dicere facta*. Georg. IV, 176, 531;

Aen. I, 551 *Quassatam ventis liceat subducere classem*, ibd. IV, 103, 550; V,

82; VI, 254; VII, 315; IX, 139; X, 14, 353. Infinitivus, quocum hoc verbum iungitur, vulgo pro subiecto habetur. Quod sane concedendum esset, si modo exempla exstarent, qualia sunt Terent. Eun. IV, 2, 12 *si illud non licet, saltem hoc licebit*; Cic. Mil. 16 *quod per leges liceret*, Sen. Clem. I, 18 *quum in servum omnia licerent* etc. Res tamen prorsus alia obversatur, si verbi ipsius etymum respiciamus. *Licere* sane eadem radice derivandum est, qua *liquendi, pollicendi* verba, *lic⁵⁹*). Cuius si derivationis rationem quae debetur habeamus, infinitivi quoque explicatio vix seiungenda erit a primigenia dativi natura infinitivi.

Constructio infinitivi simplicis et accusativi c. inf. promiscue reperitur Aen. X, 46: *liceat dimittere ab armis*

Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.

Libet. Ecl. II, 28 *libeat tecum tibi habitare*. III, 36 *insanire libet tibi*. X, 59; Georg. III, 435; Aen. XII, 570. Jam Priscianus V, 20, p. 922 P. verbum hoc usū vterum personale fuisse recte animadvertis. Radix huius verbi est *lib* (*lib*). Cf. *lib—ido*, sct. *lubh* in *lubh—j—a—ni, lubh—da—s*, goth. *libub—s*, *lieb*, slav. *ljub—i—ti⁶⁰*), ergo *libet tibi habitare* significat *in dir ist das Verlangen rege zum Wohnen*.

Piget. Georg. I, 177 *piget cognoscere* = Ich empfinde Unlust, Missmuth zu ...

Pudet. Georg. I, 80 *ne saturare pudeat* Aen. XII, 229.

Taedet. Aen. IV, 451 *taedet caeli connexa tueri*, V, 617; X, 888 = Ich habe Ueberdruss, Eckel zu ...

Poenitet. Ecl. II, 34 Aen. I, 548.

Decet. Aen. XI, 116 sq. *his tecum decuit concurrere telis*. X, 221, 613, 231.

Refert. Georg. II, 104 *comprendere refert*.

Iuvat⁶¹). Georg. I, 413: *iuvat... revisere* ibd. II, 37; III, 22; Aen. I, 202; II, 27, 659, 776; III, 606; IV, 497; VI, 487; IX, 613; XI, 130.

Placet. Aen. XII, 503 *placuit concurrere*.

Praestat. Aen. I, 135: *Sed motos praestat componere fluctus*. Aen. VI, 38. *septem mactare iuvencos Praestiterit*.

⁵⁹) Cf. Corssen, Aussprache etc. II. 500 sq. Curtius, Grundzüge p. 455 et 456, Neue op. cit. II. p. 625.

⁶⁰) Cf. Curt. Grundz. p. 370.

⁶¹) *iuvat* es erheitert, es beliebt, es ist in mir die Lust zu... Cf. Corssen, Ausspr. I. p. 365.

APPENDIX.

QUOMODO VERGILIUS INFINITIVO NOMINATIVI VICIBUS FUNGENTE UTATUR.

Iam capite altero, quo de infinitivo e substantivis pendente disputavimus, paucis commemoravimus verbis, infinitivum ut apud reliquos scriptores Romanos, ita apud Vergilium interdum ita usurpari, ut ei nominativi munus tribui oporteat. Infinitivi enim vim primariam longissimo temporis spatio prorsus obliteratam ita ut postea nominativi quoque vicibus fungi posset, omnium fere virorum doctorum est sententia¹⁾.

Hoefer²⁾ talem infinitivi usum a lingua sanscrita prorsus abiudicat. Cui viro docto Miklosich³⁾ assentiens idem de linguis slavicis affirmat et palaeo-slavicum *unēje jestъ umrѣti* (*praestat mori*) sensu quidem logico prorsus idem esse atque *unējši jestъ sъmrtъ* (*praestat mors*), grammatica vero vi utramque constructionem differre vult ita quidem ut illud *unēje jestъ umrѣti* sit sine subiecto („ein subjektloser satz“), *unējši jestъ sъmrtъ* enuntiatum, cui insit subiectum *sъmrtъ* (*mors*). Naturam talium enuntiatorum subiecto carentium uberius exponit op. cit. p. 366. Quod quidem vir doctus et de philologia slavica meritissimus non modo de linguis slavicis affirmat verum etiam de lingua Latina, in linguis autem, quae articulo praeposito infinitivum ceteris substantivis nominibus exaequaverint, quales sunt linguae Graeca postomerica, Germanica, Romanenses id non valere statuit.

¹⁾ Cf. E. Herzog comm. cit. p. 21, Jolly, op. cit. p. 190, Wilhelm, p. 81 apud Miklosichium op. cit. p. 848.

²⁾ Comm. cit. p. 118 apud Miklosichium p. 848.

³⁾ Op. cit. p. 848.

Lingua Latina quin articulo careat quamquam nullum est dubium, tamen iam veteres scriptores Latinos infinitivis pronomina, quae iisdem fere vicibus fungerentur apposuisse satis superque notum esse puto. Cf. Plaut. Curc. I, 1, 28 *tuum amare*, Pers. I, 9 *nostrum vivere*, id. I, 27 *scire tuum*. Idem apud posterioris quoque aetatis scriptores fieri exempla demonstrant, qualia sunt Sen. ep. 98, 11 *habere eripitur*, *habuisse nunquam*, Val. Max. VII, 3, 7 *cuius non dimicare vincere fuit*⁴⁾.

Haec quidem exempla et similia, quae E. Herzog p. 20, Jolly p. 190, Draeger p. 305 afferunt, vix aliter explicari posse arbitror, quam ut infinitivi naturam primigeniam tempore iam vetere evanescere incepisse et infinitivum substantivi munere interdum fungi posse statuamus.

Ut ad huiusmodi infinitivos Vergilianos transeamus, iam p. 36 et 37 exempla non nulla enumeravimus: Georg. IV, 178; Aen. IX, 606; Georg. III, 182; Aen. II, 354;

Aen. VII, 266: *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni*.

Quo in loco facere non possum quin paucis moneam, explicationem huius loci, quam Forbiger amplexus est, prorsus esse falsam. Adnotat enim vir doctus haec: „*Partem pacis recte Heyn. explicat signum, pignus foederis*. Wagn. comparat Ter. Heaut. I, 1, 5 *quod in propinquâ p̄te amicitiae puto*. Poterat etiam ipse Vergilius conferri infra XI, 214 et Tac. Agr. 21 *Idque opud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset*, Thiel., qui *partem per magnam partem* (ein grosses Zeichen, ein bedeutender Anfang) confert Ovid. Met. IX, 291 *pars est meminisse doloris* (i. e. vel meminisse mihi magnus est dolor) et Claud. laud. Stil. II, 301 *pars sceleris dubitasse fuit*.“ Ita quidem Forbiger. Neque hoc de quo agitur Vergiliiano loco neque reliquis, qui a viris doctis afferuntur, locis *pars* per *signum*, *pignus foederis*, *magnam partem*, similia recte explicatur, sed *pars* uti ceteris, ita his quoque locis omnibus primariam suam, quae iam ex etymo ipso sequitur, significationem habet. Ovidius enim cum dicit *pars est meminisse doloris* nihil aliud dicit quam *meminisse doloris est* (non quidem dolor totus sed) *pars* scil. *doloris*. Quod apud Tacit. Agr. 21 legitur exemplum eodem modo explicandum est. Quae enim Tacitus enuntiatis antecedentibus exposuerat, Britannos iam Romanorum evadere coepisse imitatores rerum ad luxuriem pertinentium, haec

⁴⁾ Cf. quoque, quae cap. II, 1 p. 36 et 37 et adnot. 5—8 exposuimus.

ipsa humanitas quam alii vocant, re ipsa pars est servitutis. *Servitus* omnino non est, quia nondum subacti sunt Britanni, sed *pars servitutis*, quia ipsi Romanorum cultus atque humanitatis quasi iugum acceperunt. Neque aliud significat *pars* Verg. Aen. VII, 266; Huius enim enniatiani sensus hic est: „Tetigisse tyranni dextram erit mihi pars pacis“ dixit Latinus legatis, quos Aeneas magnis cum donis miserat. Aeneas enim cum in Latini regnum venisset, externus advena more illorum temporum hostis erat et quamquam res ad arma nunquam venit, tamen utriusque regis res initio talis erat, qualis inter peregrinos, inter hostes esse solebat, dubia, incerta; non quidem *bellum* erat inter utrumque, sed non magis erat *pax*. Quae ut fieret Aeneas per legatos Latino praeter dona opulenta verba commendavit benignissima. Quibus Latinus fide data Aeneas ut ipse veniret secumque dextram iungeret, respondit et „*Pars mihi pacis*“ addidit „*erit dextram tetigisse tyrannum*“ i. e. si modo rex ipse vester venerit, ut mox dextrarum inter nos iungamus, illud *partem pacis* habebo. Illud ipsum ut Latino occasio praebeatur cum Aenea dextrae iungendas iam *partem pacis* appellatur, illius scilicet, quam postea plenam et ab omni parte perfectam, rite quo dicitur facient.

Ecl. V, 47:

*Quale sopor, fessis in gramine quale per aestum
Dulcis, aquae salientis sitem restringere rivo.*

Aen. IX, 775:

cui carmina semper.

Et citharae cordi numerosque intendere nervis,

ubi infinitivus intendere eadem vi positus est atque nominativi, qui praecedunt *carmina* et *citharae*. Aen. X, 279. *Quod votis optatis, adest perfringere dextra* etc. Georg. III, 286: *Superest pars altera curae*

Lanigeros agitare greges.

Georg. III, 525:

*Quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
Invertisse gravis?*

Haec nominativi vis, quae infinitivo saepius inest, in eo adhuc magis perspicu potest, quod interdum pronomine demonstrativo vel substantivo accusativo explicatur. Cf. exempla quae p. 37 attulimus.

Eodem modo infinitivum subiectum esse puto hisce locis, quibus sing. num. generis neutrius adiectivorum praedicatum est:

Georg. II, 273: *melius sit ponere et Aen. XI, 302 statuisse, . . . fuerat melius. Aen. XII, 646 Usque adeo mori miserum?* Georg. II, 272 *adeo in teneris consuescere multum est?* et similime Ecl. III, 108 *Non nostrum (scil. est) tantas componere lites.*

Georg. II, 256:

At scleratum exquirere frigus

Dificile est.

Georg. II, 255:

Promptum est oculis praediscere nigrum

Et quis cui color.

His addiderim:

Ecl. II, 14 *nonne fuit satus . . . pati* ibd. VII, 34 *exspectare sat est* ibd. VI, 24, Georg. I, 68, Aen. VI, 487, IX, 140.

Aen. VI, 514 *meminisse necesse*²⁾ est. Aen. VI, 737. *Connactivum, qui legitur Aen. III, 478 Et tamen hanc (scil. Ausoniae tellurem) pelago practerbare necesse est*²⁾ prorsus aliter explicandum esse vix commemorare opus esse puto. Haec enim constructio significat: Schiffe vorbei, es ist nothwendig

Prodesse, Georg. I, 84: *profuit incendere . . . were* ibd. III, 459 *profuit avertire . . . et ferire*, 509, IV, 267, Aen. XI, 843.

²⁾ proprio neutr. obsoleti adiectivi nominis necesse — Cf. Cornen, Ansprache etc. II, 288.